# CAMILLI PLAVTII PAEZONIS IVRISC. Fontanellatenſis.

*AD RVB. ff. DE OFFICIO EIVS Cui Mandata eſt iuriſdictio Commentariorum libri duo.*

AD SEREN. FRANCISCVM Medicem Etruriæ Magnum PRINCIPEM.




ALESSANDRINA

FLORENTIAE
Apud Iuntas 1571.
CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO

Ex Legato Joseph Carpani A. V. D.

# FRANCISCO MEDICI ETRVRIAE MAGNO AC SERENISSIMO.

## PRINCIPI.

## Camillus Plautius: S.P.D.

QVEMADMODVM, PRINCEPS AVGVSTISSIME, *boni auctoris officium principale illud eſt, vt quicquid a ſe ſcriptum fuerit, ad tempora, & loca, atque ad perſonas apte congruenterque accomodetur. Ita etiam ad eum pertinet diligenter ſtudio ſecum examinare, et animo reuoluere, cui potiſsimum opera in publicum edenda dedicari oporteat, quia vt omnia omnibus non*

*conueniunt, ita etiam qui uis liber non cuiuis homini conſecrandus eſt. quamobrem nemo dixerit eum ulla laude dignum eſſe, qui ſummis & Principibus uiris ope rā Vilibus de rebus tractantia donauerit, is enim nihil aliud egiſſe uidetur, quàm quòd gemmam Viliſsimam auro incluſiſſe intelligitur, ego utraque in re ſemper operam dedi, ne mihi uitium iſtud aſcribi poſſet, quod an præterito tempore aſſecutus fuerim, aliorum erit iudicium, certe in præſentia me in nullo peccare explora tum habeo, nā quod ad primum caput attinet ego qui in publicis Gymnaſiis iampridem Vitam ago, & in legibus interpretandis, ac ſtudioſa iuuentute undique con fluente erudienda, otium omne, tempusque cōtero, his feliciſsimis temporibus, quibus pax & tranquillitas ſumma In tota Italia præcipue autem in Etruria tuæ dictioni ſubiecta uiget, & omnium bonorum artium ſtudia florent, magnoque ſunt in honore, & cultu, optime me intelligo decere, Vt non aliud pangam opus, quam ciuilis ſapientiæ lucubrationes, ea eſt enim uis, atque po teſtas legum, ut ſine ipſis, nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum Vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec mundus ipſe poſsit, quamobrē & locis & temporibus pacatiſsimis, nihil magis congruere exiſtimaui quam legum commentaria, quibus ſtudioſa iuuentus erudiri poſsit, & ciuitatum guberna culis regendis idonea effici, quod ad ſecundum attinet. nemo eſt qui neſciat in omni munere largiendo, ac om.*

*nino*

*nino in omni officio tribuẽdo duo ſpectari oportere, primum ut ei largiamur, cui plurimum debeamus, deinde ei, qui munere illo quàm digniſſimus eſſe videatur, ſic enim & officij ratio poſtulat, & ita ab his traditum accepimus, qui hiſce de rebus precepta nobis reliquerunt, quæ cum cognita, & perſpecta haberem, unus ipſe occurriſti, cui præ omnibus alijs lucubrationes iſtæ, & quicquid elaboratum domi habeo, dedicaretur, nemo enim eſt hodie inter viuos, cui, præter Sereniſſimũ, eundemque magnum Etruriæ Ducem patrem tuum magis quã amplitudini tuæ debeam, cuius decreto multos iam annos publicis honorarijs ſtudia mea ſubleuantur, & fouentur, tu præterea Princeps es potentiſſimus, idemque legum ſeruantiſſimus, quibus populos imperio tuo ſubiectos prudentiſſime, ac feliciſſime gubernas, quamobrem iuriſdictionis & imperij libellus nulli magis quam maximo ac botentiſſimo iuſtiſſimoque Principi congruere uidetur. Vtrumque igitur (ni fallor) aſſecutus ſum, nam tranquillis pacatisque temporbus, quibus arma ſilent, & legibus omnia reguntur, commentarios legum de iuriſdictione, & imperio edere cõſtitui, eoſque glorioſiſſimo principi legum ſeruantiſſimo, ac optime de me merito dedicandos, & conſecrandos eſſe duxi. Suſcipe itaque* PRINCEPS EMINENTISSIME *munuſculum hoc ſerena fronte, meæ in te ſummæ obſeruantiæ pignus, & teſtimonium quod tametſi tenue eſt, tamen quia munera non ex rei*

*magnitudine, ſed ex animi propenſione penſantur, & ex accipientis dignatione eſtimantur, nihil vetat quin maximum, ampliſſimumque munus dignatione tua factum uideri poſſit, unum illud te oratum uelim, vt lucubrationes has meas ampliſſimi nominis tui auctoritate ab inuidorum, & maleuolentiſſimorum hominum, quos multos eſſe noſti, obtrectationibus defendas, meque iam diu celſitudini tuæ addictum, commendatum habeas. feliciter Vale.*

## INDEX CAPITVM PRIMO libro contentorum.

*Officium quid ſit & quomodo accipi debeat & vnde dicatur, & quis dicatur officialis. Cap. i.*
*Delegatus Pontificis an dicatur officialis cap. i.*
*Prætor Piſtorii an dicatur officialis communis Florentiæ Cap. iii.*
*Delegatus an habeat officium proprium cap. iiii.*
*Mandata & delegata iuriſdictio an ſint idem C. v.*
*Ordinarius quis dicatur, & quot modis Cap. vi*
*Delegatus eſt verbum generale, et an glo. recte expoſuerit ideſt de offic. delegati Cap. vii.*
*Delegatus propriũ nihil habet & quomodo Cap. viii.*
*Legatus Procõſulis habet aliquid proprium Ca. ix.*
*Limitationis ad regulam ꝙ delegatus nihil habet proprium cap. x.*
*Vicarius Epiſcopi an habeat propriam iuriſdictionem ſeu ordinariam Cap. xi.*
*Iudex datus & is cui mandata eſt iuriſdictio an differant Cap. xii. & Cap. ſeq.*
*Plenius hoc diſcutitur cap. xiiii.*
*De poteſtate Iudicis delagati Cap. xv.*

## INDEX CAPITVM SECVNDO libro contentorum.

*Continuatio ii. glo. tractatur & an ſit approbata, et an ſit opinio glo. cap. i.*
*Delegatio an fiat poſitis in dignitate de iure*

*de iure ciuili a Principe Cap.ii.*
*Delegatus Principis an dignior ordinario Cap.iii. et cap.iiii. concluditur ꝙ non Cap.iiii. reſpondetur ad contraria Cap.V.*
*Ordinarius an ſit maior delegato Principis Cap. Vi.*
*Differentiæ inter ordinarium & delegatum Ca.vii. Vſque ad Cap.xiii.*
*Vocatum in ius a Pedaneo eximens non mulctatur Cap.Vii.*
*Delegatus Principis partem cauſæ ſubdelegare non poteſt Cap.viii.*
*Delegatus Principis inter quantum tempus ſententiam exequi poſſit Cap.ix.& an eam exequi poſſit cap.ix.Vide Cap.x.*
*Apprehenſio perſonæ an per delegatũ fieri poſſit Cap.xi.*
*Mulctare an poſſit delegatus.Cap.xii.*
*Poteſtas ſubdelegandi an mandari poſſit a delegato Cap.xiii.*

# CAMILLI PLAVTII Commentariorum.

## Ad Rubricam ff. de off. eius.

### LIB. I. CAP. I.

*INDEX.*

*PRæfationes delectant.nu.1.*
*De quid ſignificet.nu.2.*
*Officiũ vnde dicatur; & quid ſignificet.3.4.5*
*Officium generale vocabulum. nu.6.*
*Coquus an habeat officium ꝙ ſic. nu.7. Imo non.8.*
*Officium an habeat annexam iuriſdictionẽ nu.9.*
*Officium pro magiſtratu.nu.10.*
*Lecticarius habet officium. nu.11.*
*Officium quid ſit.nu.12.*
*Officiorum duo ſunt genera.nu.13.*
*Officium actiue, & paſſiue accipitur. 13.14.*
*Officialis non ſemper dicitur qui officium habet. nu. 15.*

### CAPVT PRIMVM.

1 NON ignoro pręfationes in cuiuſque operis initio, & iucundas eſſe lectoribus, &ad faciliorem rei intellectum eſſe neceſſarias.l.i. ff.de ori.iur. tamen in pręſentia nullis ſum vſurus. quod & ratione a me factũ

 eſt,

eſt,quia annô ab hinc decimo ſeptimo. quo tẽ pore publice profiteri cępi.in lucem edidi lib. tres ad l.i. infra eod. quorum in initio multa prçfationis loco ſcripſi, quę non eſſe repetẽda duxi,ne ſuperuacua lection e lectori plus oneris, q̃ ferri poſsit, imponere velle videar. & ſæpius eandem cantilenam ſtudioſorum auribus inculcare, quamobrem præfationibus omiſsis. verba rubricæ declarabo,& gloſſatoris ſenſum explicabo,&opportunas quęſtiones ita tractabo.ne lectorem ea quæ ſcripſero, vidiſſe non pigeat,nunc ad rem ipſam aggredia
2 mur. Inſcriptio hæc facta eſt, De officio eius &c.quę verba oſtendunt materiam quæ loco iſto tractatur ad officium eius pertinere, qui iuriſdictionem a magiſtratu mãdatam ſeu cõmiſſam habet,nam particula De ſignificat cauſam materialem,ſeu materiam tractandam prę ſe fert.l.i.§.nunc videamus.vbi Bart.not.ff.de coniung.cum emanc.lib. Dec.in rub.ff.ſi cert. pet. Cagn.hic nu.2. & in rub.ff.de orig. iur. & alibi ſępe Doct.qui etiam multa alia de huiuſce dictionis ſignificatione tradunt. prçcipue Alberi.de verb.ſig. in verb. De: ſuper quibus non eſt tempus conterendum,quia nihil ad rẽ prçſentem attinent, agitur itaque de eo quod quis in exercenda iuriſdictione commiſſa facere tenetur.
3 . Dicitur autem officium ab efficiendo, vt ſcribit Abb.in rub.extra eo. Abb. in c. poſt ceſsionem de probatio.& ante cum Donat.ſcribit.is
enim

enim arbitratur officium dictum eſſe ab efficiendo, ꝙ ſit illud quod quemq; pro conditione ſuę perſonę facere deceat. & ita ſentiunt communiter Docto. alii ab officiendo dictum putãt per antiphraſim, quaſi quod nemini noceat, ſed proſit potius, hęc tamen non eſt proprie ethymologia, quę ſolet ſumi directo. l. ii. §. appellata. ff. ſi cer. pe. Mod. Bon. nu. 38. arbitrantur dictum eſſe ab officiendo, quia nocet facienti ſeu officium exequenti, ſaltem quo ad liberum arbitrium, nam officiũ dicitur id qđ quis facere tenetur lege, vel natura. Cic. de inuentio. fol. 42. a terg. & ſic officit.

4 ¶Tu vero dic ꝗ ſi inſpicimus perſonam eius cui impedimus officiũ, recte dici per antiphraſim, ꝙ non noceat, illi ſed proſit potius; ſi vero inſpicimus perſonam exequẽtis officium, tũc dicitur ab officiendo, quaſi illi officit, quo ad curam, & ſollicitudinem, ſeu operam, quę in exhibendo officio impenditur. tamẽ nihil vetat quin ab efficiendo dici poſſit, vt ſcribũt Donat. & Ambro. lib. i. offic. & Calep. in verb. officium, nec obſtat ꝙ non omne quod efficitur dicatur officium, quod veriti ſunt Mod. Bono. hic. reſpondeo enim non eſſe ſumendum argumentum affirmatiue a b ethymologia vocabuli, quando diffinitio non congruit, vt ꝑ Docto. in d. l. ii. §. appellata. ff. ſi cer. pet. & in l. i. in princ. ff. de acquir. poſſ.

5 Eſt itaque officium, quod quis facere tenetur lege, vel natura ſecundum Cic. de inuẽtio.

& Donati locorum & temporum, & perſonarum ratione habita, ſecundum Cic.de Inuen. & Don.& Ambr.lib.i.offic.& Calep.& Moder. Bono.nu.38. qui addunt verb. conuentione, quod mihi ſuperuacuum videtur.

Hoc loco officium accipitur pro iure, ſeu obligatione. qua Iudex iſte tenetur facere ea quæ ad iuriſdictionem ſibi commiſſam pertinent. Mod. Bon.nu.47.

6 Eſt tamen generale vocabulum officium, qđ late acceptum ſignificat omne miniſterium artemq; & negotiationem omnem.l.legatis.§.ſi ex officio.ff.de leg. iii.qua ſignificatione attenta, ſummus Pontifex dicitur habere officium, & Camerarius, & Pœnitentiarius, & Vicecancellarius, & Legatus.ſecundum Pauin. De offic.& poteſt.c.ſede vac.in ſecundo prelud. Rimi.hic.col.iiii.probat tex.in c.paſtoralis.de reſcrip.& in cle.ne romani.de iure iurã. Nig.hic nu.i. Dec.nu.6.ſcribit, & ipſe officium eſſe verbum generale, ad omne miniſterium, vt no.gl. in.d.§.ex officio. Cagn.nu.3. Mod. Bon.nu.37 & alii communiter. Item ſecundum eos delegatus dicitur habere officium quod videtur ꝑ bar.in rub.extra eod.& hic Nig. col.ii. & alii.

7 ¶ Amplius ſcribit Deci. coquum habere officium.per tex.in.d.l.legatis.§. ſi ex officio.ff.de leg.iii.& Mod. Bono.nu.37.& alii Mod. Obſt.text.in.l.ſi quid venditor.§. venditor. ff. de ædil.edict.vbi coquus dicitur habere artificium.quod differt ab officio.d.§.ſi ex officio.l.

nomi-

nominatim.j.ff.de manumiſſ.teſt.quod artificium doctrinam requirit.l.inter artifices. ff.de verb.obl.& hoc puto verius. coquum ſcilicet habere artificium, non obſt.text.in.d.§.ſed ſi ex officio, cuius verba hęc ſunt ſi ex officio, ad artificium tranſierit, quidam recte putant. legatum extingui, quia officium artificio mutetur, non idem e contrario.cum lecticarius coquus poſtea factus eſt, quibus verbis videt' coquum ex officio tranſire in lecticarium & ſic in artificium, intelligendo lecticarium eum qui facit lecticas.vt ibi glo.interpretatur.

8 Ego arbitror lecticarium ibi accipi pro eo,qui lecticæ ferendæ deputatus eſt.vt apud Cic.lib. iiii. Epiſt.fol.56.cum ait Sulpit.coactus ſum in eadem lectica,qua ipſe delatus fueram,meisq; lecticariis in vrbem eum referre, cum itaq; lecticarius habeat officium lecticæ deferēdæ neceſſario coquus artificium habere intelligendus eſt.& erit ſenſus,& ordo, cum coquus poſtea factus eſt lecticarius,quo ſenſu recepto coquus ab artificio tranſiſſe dicitur ad officium, lanius tamen et caupo dicuntur exercere officium,cle.i.de vita,& honeſt.cle.

9 ¶ Non deſunt etiam qui arbitrentur hoc loco officium habere annexam,ſeu coniuncte in iuriſdictionem,& ſic in officio contineri iuriſdictionem, Nig.hic. Anch.& Barb.in rub.extra eodem. Cagn.hoc loco.nu.4.&.5. Obſt.q de legatis nihil habet proprium.l.i.§.qui mandatam.infra eo.& per conſequens non habet iu

 riſ-

riſdictionem, & dicitur habere officium ſine iuriſdictione. Dec.in rub.extra eo. col.ii. Nig. hic.colum. ii

Reſpondet Cagno. hunc habere officium cum iuriſdictione aliena, ſeu delegata.nu.5. & p hoc dicitur habere officium proprie. Mod. Bono.
10 num. 46. exiſtimant officium de quo hic agit differre ab iuriſdictione pro eo quod iudex iſte facere tenetur ad exequendam iuriſdictionem ſibi commiſſam. quod puto verum.

Doct.autem communiter opinatur differre officium a iuriſdictione, quomodo differt exercitatio a re exercitata, quod defendi poteſt, non inſiſto, quia leuia ſunt, & vterque ſenſus recte perceptus in idem recidit, accipiendo vnū ſeu exercitationem, qualis fieri debet, non autem qualiter fit in pręſentia, quæ nimia ſubtilitas mihi videtur ridicula.
11 Officia quoq; pro magiſtratibus accipiuntur, vt apud Cicer. lib. epiſt. xii.fol.192.vbi Pub. Lentulus proprętor ita loquitur, q̃ primum ad meum officium reuertendum mihi eſſe exiſtimaui, & fol.ſeq.ait ad meum officium reuerti, intelligēdo de quæſtura, & prætura, quibus fungebatur. In tam varia ſignificatione putat Berò. in rubri.extra eod.ſpectandam eſſe materiam ſubiectam, nume.50. Itaque in materia iuriſdictionis de magiſtratibus intelligemus, & qui eos circūſiſtūt vt in rub.& l.i. C.de diuerſ. off.lib.xii.l.i.& vlti. C.de off.diuer.iud.& aſſeſſor, dicitur habere officium. Bal.in cōſi.vlt.li.iiii. Dec. hic.n.7.

In

In domeſticis rebus lecticarii,cubicularÿ,&ſimi les dicuntur habere officium. l.legatis.§. ſi ex officio.ff.de leg.iii.

12 Aduerte tamen ad id quod dicunt Doct.officium eſſe id quod quis lege, vel natura facere tenetur hoc multum diſtat à magiſtratu, puta conſulatu,vel prætura,proconſulari quæſtura & ſimilibus,nam recte dicimus patris officiũ amici officium,&tamen nemo dixerit hoc habere officium aliquod, eum qui præturã gerit recte dicimus habere officium. ſic & mariti officium.vxoris officium dicimus, nemo tamen ex his dicitur habere officium.

13 Itaque puto eſſe duo officiorum genera, alterum quod habemus. alterum quod facere debemus hoc ſecundum conuenit omnibus, nemo eſt enim qui non debeat officii cauſa aliquid facere,puta pater,mater, propinquus, ſocius,amicus,dominus,diſcipulus,tamẽ nemo ex his dicitur habere officium,nec recte appellabitur officialis.poterit tamen officioſus dici, vel inofficioſus,primum genus officii conuenit tantum muneri,quo fungimur,& differũt inter ſe tanquam exercitatio ab eo cuius cauſa exequimur,ſin facimus aliquid exempli cauſa prætura eſt officium, vt ſupra oſtendi, officiũ prætoris eſt exercitatio illa, qui prætor facere debet pro prætura,ſeu pro magiſtratu.

14 Cum ergo dicimus habere, vel conſequi, vel obtinere officium, aut aliis huiuſmodi verbis vtimur. ad acquirendum,vel obtinendum ſeu

poſsidendum, & retinendum aptis. tunc intel ligimus de officio formato qualis eſt magiſtratus. ſeu præfectura, ſeu munus, & ab hoc dr̃ qs officialis; & quodãmodo accipitur offm̃ actiue & pro re ipſa, q̃ adminiſtratur, ſeu exercetur. cũ vero dicimus offm̃ eſſe cuiuſpiã, puta amici, patris, vel propinqui, ſeu pertinere ad officium eius, tũc accipitur pro eo, quod amicus, ſeu pater, tenetur facere, habita locorum temporum, & perſonarum ratione, ab hoc dicitur quis officioſus, & inofficioſus, & quodammodo paſsiue accipitur officium, & pro exercitatione ab hoc non recte quiſpiam officialis dicitur. Item primo caſu officiũ accipitur pro munere formato ſecundum opinionem Vulgi, & id erit officium quod ex vulgi opinione cenſebitur, vt de dignitate ſcribit Bart. in l. i. nu. 44. C. de digni. lib. xii. ſecundo caſu quicquid nos decet erga aliũ, aut oportet facere, lege vel natura, id recte appellabitur officium, & hęc mẽti teneas quia multum proderunt ad dirimendas quæſtiones infraſcriptas. Pręcipue ad quęſtionem delegat. an ſcilicet ſit nuncupãdus officialis. de quo ſequenti capite tractabitur.

## INDEX.

*Delegatus pontificis an ſit officialis pontificius. num. 1. vide. 3. & 5.*

*Delegatus repræſentet delegantem. nu. 1.*

*Officium iuriſdicendi tranſit mandata iuriſdictio-*

ne

*ne.numero.2.*
*Delegatus quandoque dicitur officialis. nu.6.*
*Communis vſus loquendi attendi debet.nu.6.*
*Materiam ſubiectã interpretatur verba, nu.7.*

## CAP. II.

1 SEquens eſt quæſtio. an delegatus ſummi Pontificis ſit Põtificius officialis, ita vt ea comprehendatur conſtitutione, quæ de Pontificis officialibus loquitur. Videtur, ꝙ ſic, quia delegatus officium habet. ſecũdum Doct. per hanc rub. & extra eo. in rub. inſcribitur enim de officio iudicis delegati, ergo videtur eum eſſe in officio, ſeu officium gerere. ſecundum Doct. vtrobiq;. Mod. Bono. hic. nu.37. & clarius nu. 41. qui expreſſe dicunt delegatum habere officium, & per conſequẽs officialis appellari poteſt.

Secundo delegatus repræſentat delegantem, & eius vices gerit. l. & ſi prætor, infra eod. & eius iuriſdictione vtitur, l. i. §. qui mandatam. infra eod. igitur officialis recte appellari poteſt.

2 Tertio ex mandato iuriſdictionis officium iuriſdicendi tranſit in delegatum. l. i. §. damus. ff. de ſuſpect. tuto. ergo non poteſt negari eũ habere officium iuriſdicendi, & hos vere & proprie officiales eſſe credidere Mod. Bon. num. 44. licet hoc vltimo, non nitantur fundamẽto, hanc ſentẽtiã tuetur Berò. in rub. extra eo. nume. 49.

Quarto

Quarto ſuffragatur tex. in l. iudex datus. ff. de iudic. vbi Iudex datus in eodem officio permanet, licet furere cœperit, & ſic vr̃ habere offm̃.
3 Contrarium ex facto fuit reſponſum, a Ioan. Ligna. & Lap. & probat Deci. hoc loco. nu. 8. & fuit concluſum huiuſmodi delegatos in extrauag. Io. & Eugenii, non comprehendi, quibus cauetur officiales ſummi Pontificis de hęreſi inſimulatos non eſſe ſubiectos iuriſdictioni inquiſitorum hæreticæ labis.
Primo quia delegatus iſte non eſt proprie officialis ſummi Pontificis, nec adminiſtrat quicq̃ ex rebus ad eum pertinentibus.
Secundo officialis dicitur ille qui officium aliqd̃ fuit commiſſum, ſecundum Lap. & Io. Lign. quod in delegato non verificatur. ergo. &c.
4 Tertio conſuetudine recepta eſt hæc interpretatio ideo admittenda eſt. l. ſi de interpretatione. l. minime. ff. de legi. Dec. hic. & Mod. Bon.
Quarto ſecundum Bono. hi delegati non ſunt ſimpliciter officiales, nec habẽt officium formatum, & ſtabilitum, verba autem ſtatuti de officialibus tractantia, debeãt intelligi ſimpliciter, non ſecundum quid. l. hoc legatum. ff. de leg. iii. Mod. Bono. hic. nu. 44.
5 Hæc ſententia mihi placet, alia ratione, quia ſcilicet. verb. officium hic & in rub. extra eo. accipitur paſsiue pro officio ſeu exercitatione, quam facere debet delegatus ad expediendam iuriſdictionem ſibi mandatam, quæſtio eſt cõcepta de officio actiue ſumpto, hoc eſt pro magiſtra-

giſtratu,aut ſimili aliquo munere, a quo quis appellari poteſt officialis. Item ex vſu,& cõmuni hominum opinione,delegatio non dicitur officium,qualis eſt prætura,ergo &c. Non obſt.l.iudex datus.ff.de iud. Reſpondeo, ibi late accipi officium pro eo quod quis facere tenetur,& ſic accipitur officium pro munere,& neceſsitate iudicandi.l.quippe.ff.de iud. l.vlt.§.iudicandi.ff.de mun. & hono.

6 Limitatur non procedere in Iudice generaliter dato,quales ſunt pedanei Iudices. quibus facultas iudicandi ſuper cauſis humilioribus iure data generaliter,vt in l.vlt. C.de peda. Iud. & ĩ eo cui vniuerſa ſeu tota iuriſdictio fuit mã data,de quo in l.ſolet & l.prætor.ff.de iur.om. iud.& l.i.§.damus.ff.de ſuſpect.tut. & conſentiunt omnes ꝙ hi quibus vniuerſitas cauſarũ fuit delegata habeant officium,& officiales recte appellentur. Mod. Bono.hic.nu.44.in fin. hac ratione Vicarius epiſcopi dr̃ officialis.cle. ii.de reſcript.c.romana.in princ.de app. lib.vi. contraria opinio procedit in eo cui cauſa aliqua particularis fuit commiſſa, hic enim non habet officium.& ita cõcordantur opiniones, Niſi forte communis vſus loquendi in contrarium vigeat,tunc illi ſtandum eſt etiam contra propriam verborum ſignificationem, vt no.in l.ſi ſeruus plurium in fi.ff.de leg.i.&in.l.librorum.§.quod tamen Caſsius.ff.de leg.iii. Bart. in l.omnes populi.col.xxv.num.58.verſ. iuxta præmiſſa.ff.de iu.& iu.Doct.in rub.ff.de ope.

no.nunc. Berò ita limitat.in rub.ex.eo.nu.49.

7 Item aliud erit obſeruandum, ſi materia ſubie cta id ſuadeat.arg.l. Inſulam.ff.de præſc. verb. & l.ita ſtipulatus.in princ.ff.de vſur. Bart.in l. ſi vno.ff.loc. Berò in d.rub. de offi.delega. nu. 50.exemplo cauetur edicto Pontificio,ꝙ officialis quilibet de rebus in officio geſtis rationē reddere teneatur,aut iudicando canones ſeruet, non autem ſtatuta municipalia,aut procedendo certum ordinem ſeruet, aut intra certū tempus iudicet,ſeu ſententiam exequatur,aut ne eſculenta,aut poculenta accipiat huiuſmodi edicto de officialibus loquente, continebitur etiam Pontificius delegatus. quia illi verba edicti conueniunt.c.i.de re iud.lib.vi.clem. ſæpe.de verb.ſig.igitur etiam conueniēt diſpoſitio.l.iiii.§.toties.ff.de dam.infec.l.i.ff. de aleę luſu cum ſimi.ſecus ſi materia non ſit proportionabilis delegato, vt per eundem in d. rubri. numero.50.

Ego contra puto,quia verba edicti de officialib. loquentis non conueniunt delegato ſpeciali, vt ſupra fuit demonſtratum, Iccirco nec diſpoſitio adaptabitur,niſi forte eadem ratio id ſuadeat.l.illud.ff.ad leg.aquil.cum ſim.

## *I N D E X.*

*Prętor Piſtorij an ſit officialis cōis Florentię nu.1. ꝙ non.num.*2.

*Diſtingue nu.*4.*& nu.*8.

Altera

## CAP. III.

1 Altera eſt quæſtio an Prætor Piſtorii contineatur appellatione officialim, ſeu magiſtratuum cõmunis Florentiæ. Dec. hoc locô num. 9. paucis verbis ſe expedit & dicit concluſum fuiſſe ꝙ nõ, ita determinat Nell. a S. Gemi. in tract. Banniti, in ſecũda parte ſecundi temp. q. lxvi. Hanc ſententiam probat tex. in l. iii. in fi. ff. quod met. cau. vbi magiſtratus populi Romani, & Præſides prouinciarum ponuntur tanq̃ diuerſi, & magiſtratus populi Romani de his intelliguntur, qui in vrbe ius dicunt. Ad idem eſt text. in l. voluit. ff. de interrog. act. & in l. hos accuſare in prin. ff. de accuſ. eandem ſententiam probat Deci. conſi. xl. & Mod. hic. & eſt communis. Mod. Bono. numero. 44.

2 Contrarium ſuadet tex. in l. ſed licet. ff. de offi. præſid. vbi præ ſe fungimur vice magiſtratuũ Romæ, quod argumentum à Mod. adductum parum ſuffragatur.

Secundo Vicarius Epiſcopi dicitur officialis epiſcopi, ea ratione quia ab eo creatur, cle. ii. de reſcr. c. Romana, de appell. libr. vi. qua ratione Prætor Piſtorii creatus a Populo Florentino. recte appellabitur officialis communis Floréntiæ, hanc ſententiam probat Berò in rubr. extra eo. nu. 52. col. xv. circa med.

Qua

3 Qua opinione retenta, non obſtant adducta in contrarium, procedunt enim in diuerſis terminis, videlicet quando agitur de magiſtratib. aliud eſt.n. dicere officiales communis Florentiæ, & tunc omnes creati officiales a communi Florentiæ, continebuntur licet alibi ius dicāt, d.cle.ii. & d.c. Romana.
Aliud eſt dicere magiſtratus communis Florētiæ, tunc intelligimus de his qui in ciuitate ipſa ius dicunt. d.l.iii. cum ſi. Berò in d.rub.n.52. quæ diſtinctio mihi non placet, quia ratio differentiæ nulla adduci poteſt, ergo nec diuersū ius.l.iii.§.nam diuus.ff. de iniuſt.rupt. cū ſim.
4 ibi glo, allegatis. Mod, Bono.num.45. diſtingūt vtrum commune Florentiæ accipiatur pro populo ipſo Florentino, an pro repub. & dominatione, primo caſu, Intelligimus de magiſtratibus, qui in ciuitate ius dicunt, ita procedat communis opinio. ſecundo caſu intelligimus de omnibus ſubiectis Imperio ſeu de omnibus, qui in ditione Florentina magiſtratum gerunt, vtrū autem ex iſtis modis accipi oporteat facile apparebit ex materia ſubiecta, arg.l. ſi vno vbi Bar.ff. locat, & ex præcedentib. & ſequentibus.l.ſi ſeruus plurium.in fi.ff. de leg. i. Item ex coniecturis.l.licet Imperator.ff. delega.i. Item ex communi vſu loquendi. Doct.in rub.ff. de ope. no. nunc.
5 His ceſſantibus ſpectandum erit, quale ſit ſtatutum huiuſmodi, an ſcilicet odioſum, an fauorabile, primo caſu cum ſtatutum ſtricte, & pro
pric

prie accipi oporteat.iuxta.l. filium habeo. ff.ad Maced.c.odia,de reg.iur.libr.vi. appellatione officialium communis Florentiæ continebuntur tantum hi qui in ciuitate ipſa officium gerunt: altero caſu: in quo verba late accipi debent,de omnibus in regno Florentino officiũ adminiſtrantibus erit intelligendum,in dubio intelligimus de officialibus ipſius ciuitatis Florẽtinæ,ſecundum Mod. Bono. quod mihi admittẽdum videtur,niſi obſtet communis vſus
6 loquendi,ſed quia relatum accepi cõmune ꝑ omnibus ciuibus accipi ad differentiam plebis quam Thuſci populum vocant,vt ſcribit Bar. in l.i.nu.80. C.de dign.lib.xii.mihi videt᷑ commune Florentiæ.idem ſignificare, quod ſenatus populusq; Florentinus. Inſt.de iure natu. gen.& ciui.§.plebs autem. Ideo forte verius eſt intelligi oportere de officialibus a communi Florentiæ creatis,quemadmodum ſi diceremus officiales ſenatus populiq; Florentini,de creatis ab ipſo acciperemus, quemadmodum officialis epiſcopi dicitur Vicarius ab ipſo creatus,vt ſupra. Non obſtat tex.in l.iii.in fi.ff.qđ
7 me.cau.cum ſi. Reſpondeo ibi reſtringi ſignificationem verbi reſpectu adiuncti,nam ibi dicitur magiſtratus populi Romani,&præſides prouinciarum.quo loco propter adiectionem præſidum neceſſario reſtringitur ſignificatio populi Romani,ad habitatores vrbis,ad differentiam prouincialium , ꝙ ſi ſimpliciter dictũ fuiſſet,magiſtratus populi Romani,forte non

eſſet

eſſet abſurdum generaliter intelligere de magiſtratibus ſenatus, & populi, vt in d. §. plebs autem. Inſt. de iure nat. gent. & ciuſ. quia cum magiſtratus vrbis non coerceant ſenatum ipſum, qui vice principis fungitur. l. nam ambigi tur. ff. de legib. non poteſt verificari oratio in ſignificatione actiua, hoc eſt ex eo ꝙ ſenatui, & populo ius dicunt. Ideo interpretabimur in ſignificatione paſsiua, hoc eſt de creatis à ſenatu & populo, cogita, quia communis eſt in cōtra
8 rium. Diſtingui itaque poterit, vt ſi fiat mētio de magiſtratibus, & adiiciatur perſona cui ma giſtratus ille nam imperat, ſed paret. Intelligemus de magiſtratibus ab illo creatis veluti ſi diximus officialis epiſcopi, vel Regis, de his accipiendum erit, qui ab Epo, vel Rege fuerint conſtituti. d. cle. ii. de reſcr. d. c. Romana, de appel. lib. vi. ſic tribuni plebis appellantur magiſtratus à plebe creati. l. ii. §. iſdem temporibus. ff. de orig. iur.

Si vero adiectio fiat de perſonis, vel de loco cui magiſtratus ius dicit, ītelligemus actiue de magiſtratu qui ipſis ius dicit. ita in loco illo, veluti ſi dixerimus prætores Florentinorū, vel prætores Florentiæ, vel præſidem prouinciæ, vel præfectū vrbis, accipi oportebit de his qui Florentiæ, & Romæ, & in prouincia ius dicunt, nam etiam de creatis a populo illo. l. i. ff. de offic. præfect. vrb. l. i. ff. de offi. præſid.

9 Idem eſt ſi alia ſpecies ſubiiciatur. tunc verba præcedentia reſtringuntur exemplum, ſi dixe-

ro officiales communis Florẽtiæ, & Piſarum, intelligemus de his, qui ĩ ciuitate officiũ exercent, vt in.d.l.iii.in fi.ff.quod me. cau.& in.l. voluit.ff.de interrog.act.

## INDEX

*Officium eſt proprium delegat.nu.1.*
*Delegatus nihil proprium habet. nu.1:*
*Fallit in officio.nu.2.*
*Connexorum idem eſt iudicium.nu.6.*
*Officium iudicis mandari non poteſt.nu.7.*
*Pedanei iudices non habent maiora,nu.8.*

## CAP. IIII.

1 HIS ita tractatis conſequens eſt, vt reliqua tituli, ſeu inſcriptionis verba explicemus. Dicitur hic de officio eius, vt oſtendatur officium, de quo hic agitur eſſe proprium ipſius delegati, non alienum, nam genitiuus eam habet naturam, vt dominium proprietatemq; ſignificet.l.i. §.i.*ff.*de relig.& ſumpt.fun. Doct.in rub.*ff.*de operis noui nunciatio.

Obſt.l.i.§.qui mandatam, infra eo.vbi propriũ nihil habet is, qui mandatam iuriſdictioné ſuſcepit.& in l.& ſi prætor. infra eo. ibi non pro ſuo Imperio exequitur, ſed pro eo cuius mandato ius dicit, quoties partibus eius fungitur.

& in l.ſolet.ff.de iuriſd. om. iudi. ibi fungitur uice eius, qui mandauit, non ſua.
2 Reſpond.iuriſdictionem quidem eſſe alienā, officium vero eſſe eius proprium. d.§.qui mā datam,ibi proprium nihil habet, ſed eius, qui mandauit iuriſdictione vtitur, quod enim dixerat proprium nihil habere reſtringet ad iuriſdict. de oficio non loquitur,& ſic fit reſtrictio ſecundum ſubiectam materiam. l. ſi vno. vbi Bar.ff.loca.& ex ſequentibus declarantur præcedentia.l.ſi ſeruus plurium.in fi.ff. deleg. i.habet igitur iudex delegatus.aliquid propriū in officio,ſecus in iuriſdictione.
3 Obſtat tex.in l.et ſi prætor.infra eo.ibi partibus eius fungitur.& ſic loquitur de functione ſeu exercitatione, & officio tamen dicitur fungi officio mandantis, & per conſequens alieno: ad idem eſt tex.in l. ſolet.ff.de iuriſd. om. iudicum.ibi fungitur vice eius, qui mandauit non ſua.
Reſponderi poteſt fatendo hoc veru m eſſe,& tunc ad genitiuum,de quo in rubr. reſpondetur ꝙ genitiuus non ſemper importat proprietatem,ſed adaptatur ad materiam ſubiectam, quandoque enim importat adminiſtrationem gl.in c.pro illis.in verb.eccleſiarum. De prebē
4 dis. Orian.hic.nu.6.¶ Et ſic officium iſtud de quo hic agitur non erit proprium,cui ſuffragatur tex.in l.i.§ damus.ff.de ſuſpect. tutori.vbi mandata iuriſdictione totum officium iuriſdicendi tranſit,&ſic officium ipſum videtur mā
dari,

dari, & per conſequens alienum eſt.
Secundo reſponde ꝙ vtitur vice eius qui mandauit.i.exercet iuriſdictionem eius, ſed reſpectu officii dicitur habere proprium, & ſic functio ipſa, & exercitatio propria eſt res, qua fungitur, aliena eſt.

5 Ad tex.in d.l.i.§.damus.ff.de ſuſpect.tut. Reſpon.officium eo loco accipi pro poteſtate, & pro officio iudicis quo poſtulationes, ſeu accuſationes admittuntur, nos loquimur de officio paſsiue.i.de eo quod facere tenetur Iudex huiuſmodi ad expediendam iuriſdictionem ſibi commiſſam.

Obſt.etiam ꝙ in terminis noſtris, & in materia propoſita, officium ſine iuriſdictione eſſe non poteſt Doct.hoc loco communiter. & in rub. extra eo.vbi Anch.& Barb. Nig.hic.nu.2. Hoc admiſſo cum delegatus habeat officium proprium intelligetur etiam habere iuriſdictioné propriam, quia eadem determinatio vtrunque pariter determinat. l.cum hoc iure.ff.de vulg.
6 & pup. Item connexorum idem eſt iudicium. l.eum actum.ff.de negot.geſt. Iaſo.in l.i.ff.de tranſact.l.quid ergo. §.pen.ff. de contrar. iud. tutel.l.ita.§.qui tutor.ff.de admin.tuto. Igitur aut proprium vtrunque habet, aut alienum.

Reſpon.officium habere iuriſdictionem annexam, quando accipitur pro magiſtratu, ſed qñ accipitur pro eo, quod Iudex facere tenetur, & ſic pro vſu, & functione, tunc differunt tanq̃ res exercitata ab exercitatione, ita accipitur in

terminis noſtris. Ideo recte dicimus hoc officium eſſe proprium, alio modo accipitur in cõtrariis, & tunc verum eſt officium eſſe alienũ.

7 Obſtat etiam ꝙ iudicis officium mandari non poteſt.l.ii.§.quod non ita. C.de pedan. iudici. præſes ipſe ea, quæ ſuo officio incumbunt, cognoſcere debet, ergo non debuit inſcribi de officio eius &c.

Reſpondeo officium iſtud non fuiſſe delegatũ. Sed iuriſdictio ipſa mandatur, & in conſequẽtiam iuriſdictionis tranſit officium, arg.l.legati.ff.de offic.proconſ.

8 Secundo dico tex.in d.l.ii.loqui, de pedaneis iudicibus, in hos enim non tranſeunt ea, quæ pendent ab auctoritate præſidum. d.l.ii. & in auctẽn.vt defunct.ſeu func.§.illud. ſed iuriſdictione mandata tranſit officium. l.i.§. damus. ff.de ſuſpect.tuto.de qua hic agitur, hoc tamẽ pendet ab eo, an differant inter ſe Iudex datus, & is cui mãdata eſt iuriſdictio, de qua re alias.

Tertio reſpondeo. hoc loco tractari de officio paſsiuo hoc eſt de eo quod tenetur facere is, qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, non autem de officio ſeu poteſtate, quæ cohæret iuriſdictioni. Iccirco concludẽdum eſt recte fuiſſe inſcriptum De officio eius &c.

## I N D E X.

*Mandata, & delegata differunt.nu.2.*
*Mandatum iuriſdictionis voluntarium.nu.2.*

*Preces*

*Preces dominorum ſunt præcepta. nu.3.*
*Delegata iuriſdictio a principe eſt propria.nu.4.*
*Iudex datus iuriſdictionem non habet. nu.5.*

## CAP. V.

1 QVI mandata eſt iuriſdictio.nõ dixit. qui datus eſt Iudex, ſed cui mandata eſt iuriſdictio, vt oſtenderet hic non agi de pedaneo Iudice, ſed de eo qui vicẽ alterius gerit in iuriſdictione, de qua re poſtea tractabitur, quia ſum demõſtraturus plurimũ differre Iudicem datum ab eo cui mandata eſt iuriſdictio.

2 Item dixit mandata non delegata, vt oſtenderet, ſuſceptionem huiuſce mandati eſſe voluntarium, quia mandatum eſt voluntarium, l.ſi mandauero.in fi.ff.manda.§.mandatum. Inſt. eodem. Delegatio autem inuito iniungitur, l. vlt.§.iudicandi.ff.de mun.& hon.quia eſt munus publicum.l.quippe.ff.de iud.

Orian, tamen qui arbitratur Iudicem datum in aliquo non differre ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, aliter loquitur, & exiſtimat nihil referre vtrum dixerit mandata, an delegata ſeu commiſſa, quia in qui etiam mandatum huiuſmodi, quia fit à ſuperiore, habetur pro præcepto, habetur & iuſſu, glo.in l.i.ff.quod iuſſu, & ſic importatur neceſsitas glo.in l.ſæpe.ff.de offic. præſi. Alex.in l.more.ff.de iuriſ. om. iu. Oria. hic.nu.8.

3 Aduerte quod dicitur preces dominorum eſſe præcepta, intellige impropriè, & propter reuerentiam, tamen reuera differunt, adeo ꝙ etiã in Principe plurimum intereſt, quibus verbis vtatur, d.l.ſæpe.*ff.*de offic.præſid.

Secundo aduerte præſupponit Orian. iuriſdictionem mandatam ab inuito ſuſcipi, ego dico mandatum huiuſmodi ab initio eſſe voluntarium, vt demonſtratum eſt.

Tertio aduerte, præſupponit eum, qui iuriſdictionem mandat, ſemper eſſe ſuperiorem, qđ eſt contra.l.et ſi prætor.infra eo.

4 Quarto nullam conſtituit differentiam inter mandare, & delegare iuriſdictionem, mihi videtur magnam ſubeſſe.nam mandata iuriſdictio dicitur aliena, l.i.§.qui mandatam, & l.& ſi prætor, infra eo.l.more.ff.de iur.om.iud.delegata autem iuriſdictio dicitur propria. d.l.i. verſ.& ideo, in verb.delegatam, infra eo. quia princeps & lex dant propriam.l. & quia.ff.de iuriſd.om.iud. Si tamen magiſtratus in mandanda iuriſdictione delegandi verbo vteretur, non transferretur propria iuriſdictio. attenta qualitate perſonæ delegantis, quæ propriã dare non poteſt, vt ſæpe dictum eſt. arg.l.plenũ. §.equitii.ff.de vſu, & habit.

5 Item adiectum fuit verb.iuriſdictio, vt oſtenderetur, Iudicem iſtum habere iuriſdictionem, ex quo ſequitur, eum etiam habere miſtũ Imperium, quia nulla eſt iuriſdictio, quæ non habeat coercionem aliquam, Ideo mandata iuriſ

dictio

dictione tranſit Imperium illi cohærens.l.i.in fi.col.vlt.infra eo. Iudex datus non habet iuriſdictionem, ſed notionem tantum, ſeu iudicandi facultatem.l.ait prætor.in princ.ff. de re iudi.l.notionem.ff.de verb.ſigni.l.vlti. C. vbi, & apud quem. Aduerte præterea, quia licet ego conſtituam differentiam inter delegare, & mãdare tamen quia iam diu a noſtratibus doctoribus alterum pro altero vſurpatũ eſt, ego quãdoque nõ erubeſcam delegatum appellare eũ, cui mandata eſt iuriſdictio, & forte non intererit vtrum dicamus delegare iuriſdictionem, an mandare iuriſdictionem, vtroque enim ſermone idem ſignificabimus, ſed dare, aut delegare Iudicem, plurimum diſtabit ab eo, quod eſt mandare iuriſdictionem; de qua re poſtea videbimus.

## I N D E X.


*De ordinarijs tractatur ſupra, nunc delegatis.*

*Præfectus extraordinarius eſt.nu.* 2.

*Proconſul non eſt ordinarius.nu.*3.

*Præfectus prætoris non eſt ordinarius.nu.*4.

*Præſes ſolus ordinarius eſt.nu.*5.

*Ordinarius varijs modis accipitur.nu.*6.

*Ordinarius eſt omnis magiſtratus, nu.*7.

*Ordinarius ad differentiam Vicarij.nu.*7.

*Extraordinarius eſt, qui mandatam habet iuriſdictionem.numero.* 8.

*Ordinarius Iudex, qui nihil habet extraordinariũ numero.* 9.10.

## CAP. VI.

1 EXplicitis inſcriptionis,ſeu tituli verbis conſequés eſt,vt ad gloſſatoris verba me conferam, Ac cur.more ſuo operam dat,vt titulus iſte ad præcedentes recte applicatus,atque coniunctus videatur,& duobus modis adnectit,ſeu continuat, atque coniungit. Dictum eſt,inquit, De officio ordinarii,nunc delegati,licet aliquæ leges de ordinario tractent, hunc applicandi modum approbant Doct.hoc loco,videlicet Bart. Alb. Ang. Soc. Alex.& Orian.& Iaco.Nig. col.iiii.circa med.nu.8.& Sebaſt.Sap.& Alciat.& Dec. & Cur.& Cagnol.nu.28.& Mod.Bonon.& alii omnes,ex verbis,& ex mente gloſſ.colligitur, concluſio ꝙ hi omnes, de quorum officio hactenus fuit tractatum ſunt ordinarii. Secunda eſt concluſio, eos de quibus ſub hoc titulo agitur eſſe ordinarios,reſultat,& tertia concluſio ꝙ antea numquam fuit de delegato tractatũ.

2 Circa primam obſtat ꝙ antea fuit tractatum, qui non eſt ordinarius.l.ii.§.quoties.ff.de origin.iur.

Glo.in rubr.ff.de off.præfect.vig.dicit antiquũ præfectum non fuiſſe ordinarium.modernum autem eſſe ordinarium, quæ ſolutio mihi non videtur admittenda, quia legum correctio nõ eſt inducenda.l.præcipimus, in fi.C.de appel.

l.ii.

l.ii.§.contrarium. C.de vete. iur.enuc. gl.in.c. cupientes.§.ꝙ ſi per xx.de elect.lib.vi.

3 Secundo obſt. ꝙ legatus proconſulis non eſt ordinarius, de quo tamen antea tractatum fuit l.ii.ff.de off.proconſ.& leg.l.legat,eo. titu. & quidem plenius,& latius,q̃ hic tractatur, Reſpondetur ratione connexitatis de legato fuiſſe tractatum in eodem tit.in quo de proconſule agitur,quemadmodum hoc loco etiã de ordinatio mandante tractatur ſecundum Doct. arg.l.eum actum.ff.de neg.geſt.& l.quid ergo §.pen. C.de contrario.iud.tutel. Cagnol.numero.29.

Hæc reſponſio nõ tollit obiectum, quia ego nõ improbo iuriſconſulti ordinem, ſed gl.rectius debuit continuationis exordium capere ab officio legati, cui magis affinis eſt titulus iſte de officio eius,&c.& ſaltem verum eſt omnes,de quibus tractatum fuit,non eſſe ordinarios, & ſic glo.verum non loquitur.

4 Obſtat tertio ꝙ Præfectus prætorio non videtur ordinarius.l.iiii. C.de off.præfec. Præt.vbi dicitur præfectum eſſe Iudicem ordinariorũ, & l.vlt. C.de offic.præfect.auguſtal. vbi præfectus auguſtalis examinat Iudices ordinarios, ergo ipſe non eſt ordinarius Iudex, quia ſui ipſius Iudex eſſe non poteſt.l.i. C. ne quis in ſu. cauſ. Iud.

5 Item alibi ordinarius diſtinguitur a proconſule,aucten. De adminiſt.offic. in ſacris appel.§. complacuit.verſ.hoc ipſum,& in auct. De de-

ſcrip.

ſcriptio. quatuor præſid.§. exoriauimus. vbi ex ordinario factus eſt conſularis magiſtratus, & in l.omnes.C.de epiſ.& cle.videtur præſidem ſolum eſſe ordinarium, & in l. vlti. C.de modo mulcta.ibi qui ordinario iure ꝓuincias regunt.deinde ſubiicit procõſularem vero poteſtatem, & ibi etiam commemorat eiuſdem dignitatis comitem orientis. Præfectum auguſtalem,& cæteros ſpectabiles duces,& ait lex ordinarios duarum vnciarum mulctam indicere poſſe, proconſulem autem ſex vnciarum alios trium vnciarum,& ſic ſolus præſes ordinarius videtur. Igitur tamen recte ſentit gl.dũ exiſtimat omnes eſſe ordinarios,de quibus antea fuit tractatum.

6 Reſponde ordinarium variis modis accipi, vt per Alcia.in c.i.num.13.& in l. Imperium,nume.70.ff.de iur.om.iud. Primo ordinarius accipitur, Iudex ad differentiam extraordinarii, l.ii.§.quoties.ff.de orig.iur.& hoc modo intellecta gl.non recte loquitur,quia reuera nõ omnes ſunt ordinarii hi,de quibus ſupra fuit tractatum,nam præfectus vigilum extra ordinem ius dicit.d.l.ii.§.quoties. Hac ratione præſes poteſt dici ordinarius ſecundum quoſdam.l. qui ordinariam.ff.de offi.recto.prouin.ſcilicet ad differentiam eorum, qui extra ordinem ius dicunt.l.ii.§.hæc omnia.ff.de orig.iur.

7 Alio modo ordinarius dicitur omnis magiſtratus.l.ſi in aliquam,in fi.ff.de offi.proconſ. vbi videtur expreſſum omnes magiſtratus eſſe ordinarios,

dinarios, ibi qui Romæ quaſi magiſtratus, aut extra ordinem ius dicunt, & tunc procõſul, & ſimiles ſunt ordinarii, quia ſunt magiſtratus, alii autem, qui ſine magiſtratu ius dicunt, extra ordinem ius dicere intelliguntur. d.l. ſi in aliquam. Alio modo ordinarius quis dicitur, ad differentiam Vicarii, ſeu eius qui alieno nomine poteſtatem habet. l. ſi ſeruus. ff. de pec. l. hinc quæritur. eo. tit. vbi ordinarius ſeruus diſtinguitur a Vicario, ſic etiam delegatus Iudex diſtinguitur ab ordinario, l. apertiſsimi. C. de Iudic. l. quoniam. C. de appel.

8 Hac ratione etiam extraordinarius dicitur ille qui mandatam habet iuriſdictionem. l. ſi quando. C. de dilat. & ibi Bal. not. Abb. in c. de cætero, in. i. not. extra de tranſac. probat tex. in c. quoniam. Contra de proba. & ibi glo. in verb. extra ordinario, Dec. in l. i. §. vlti. nu. 2. infr. eo. ſic intelligendo omnes hi de quibus ſupra tractatur ſunt ordinarii: excepto proconſulis legato, qui iuriſdictionem habet mandatum, & per conſequens extraordinariam, quamobrem defendi non poteſt omnes eos, de quibus ſupra fuit tractatum eſſe ordinarios.

9 Alio modo ordinarius dicitur magiſtratus generalis, & Iudex omnium, quæ ſemper eſt ſimilis. & eiuſdem qualitatis, & formæ, nihil habens extraordinarium, qualis eſt præſes. l. de omnibus, & l. omnia. ff. de off. præſid. & dicitur ordinarius, quia nihil habet extraordinarium, nec dignitatem extraordinariam, nec aliud

liud quicq̃, & ſic eſt clariſsimus tantum, prout ſolent eſſe regulariter omnes rectores prouinciarum, l. quoties. C. de priuil. ſchola. l. i. C. de off. Comi. Orian. l. ii. C. de magiſt. munic. autꝭen. de deſcrip. quatuor. præſid. §. i. quamobrem Iudex ordinarius nuncupatur.

10 Regulariter enim magiſtratus tales, ſeu ſimiles ſunt hi, qui prouincias regunt, ꝙ ſi aliquid mutetur, vel addatur, vel augeatur ad formam veterem, hi non dicuntur ordinarii non quia non habeant iuriſdictionem ordinariam, ſed quia non ſunt cõſtituti ſecundum formam ordinariam, & regularẽ, ſic lapides ordinarii appellari ſolent hi, qui ſemp ſunt ſimiles, & eiuſdem formæ, & qualitatis, vt ſcribit Bud. in annot. prior. pandect. fol. 89.

Hac ratione ſoli præſides ſunt ordinarii, de his loquitur tex. in l. omnes. C. de epiſc. & cleric. cum ſimilibus.

11 Redeundo ad gloſſam ea poteſt defendi ſi accipimus ordinariam ad differentiam eius, cui mandata eſt iuriſdictio, nam hi, de quibus ſupra fuit tractatum, habent ordinariam, ſeu propriam iuriſdictionem, non alienam, quia tamẽ etiam De officio legati, qui alienam habet iuriſdictionem, tractatum eſt, vix defendi poteſt gloſſator. niſi dixerimus cum reſpexiſſe ad ea, quæ vt plurimum facta ſunt.

INDEX

## INDEX.

*Glo.reprobatur, quæ expoſuit.i.de officio delegati numero.2.*
*Delegatus eſt verb.generale.nu.3.*
*Obſcuritas ex generalitate oritur.nu.4.*
*Obſcuritas in interpretatione reijcitur. nu.4.*

## CAP. VII.

1 Secunda concluſio gloſſ. ea eſt, ꝙ hic agitur de Iudice delegato. Aduerte præſupponit glo. Iudicem delegatum eũ eſſe, qui mãdatam iuriſdictionem ſuſcipit, & propterea interpretatur de officio eius, ideſt de officio delegati, & nemo improbat, eſt tamen alia quæſtio iſta, an Iudex delegatus, & is: cui mãdata eſt iuriſdictio, ſint idem, de qua poſtea tractabitur, ego defendam, hæc inter ſe plurimum differre ex quibus differentiis multi magniq; in iure noſtro effectus oriuntur.

2 Aduerte ſecundo gloſſ. ſimpliciter dixit, De officio delegati, quæ interpretatio exponit ignotum per ignotus, nam verba ſpecialia exponũtur per verbum generale, quod vitioſum eſt. nam per quàm abſurdum eſt, vt ſpecies a genere explicet. Sane appellatione delegati multa ſignificantur, vt hoc loco tradit Alc. & Moder. in primis delegare ſignificat debitorem in

ſui

ſui locum ſubſtituere.l,delegare.ff.de noua.
3 ¶ Item delegatio pro annona accipitur, ſeu ꝓ ſalario præſidibus debito.quod ab incolis per ſoluitur.l.i. C.de anno.& capitation.adminiſtra.l.qui ordinarium. C.de o ff.rect.prouinc. l.i. C.de defenſ.ciuit. Item delegare ſignificat Iudicem dare.l.a Iudice. C.de Iudi. ſignificat etiam Iudicem a lege ſpecialiter datum, qui ordinariam iuriſdictionem habere creditur,vt per Doc.i.l.i.inf.e.quo fit,vt verbũ iſtud multiplicem', ac generalé habeat ſignificationem, ſane generale verbũ obſcuritatem parit, l.in tradẽdis. ff.commu.prædio.l.prætor edixit.§. quod autem. eo. titu·l.ita fidei.ff.de iure fiſci.
4 Obſcuritas huiuſmodi in interpretationibus reiicitur,nam interpretatió debet eſſe clara, ſecundum glo.in Proœm.digeſt. §. illud. Item facilis eſſe debet auctẽn. de non alienã. §.nos igitur,in fi.& in proœm.digeſt.§.cuius audito res. Rebuff.in l.vnica,in viii.nota.nu.169. C. de ſen.quæ pro eo quod inter.prof. Quamob rem verba illa,cui mandata eſt iuriſdictio.quę ſpecialia ſunt & clara,non recte interpretantur per verb.delegati,quod eſt generale,&obſcurum,ideo debuit addi Iudices, vt in rubris decretalium,& ſexti factum eſt,hoc dico præſuppoſito ꝙ Iudex delegatus,accipi debeat ꝓ eo,cui mandata eſt iuriſdictio, tamen reuera aliud ſignificat, vt late demonſtraui in l.i.in princ.infra eodem.

INDEX

## INDEX

*Delegatus proprium nihil habet. nu.1.5.*
*Delegata iuriſdictio et ordinaria eſt eadem in ſub ſtantia.nume.3.& 9.*
*Iuriſdictio mandata fungitur non translatione.nu. 4.9.nu.8.*
*Iuriſdictio mandata eſt propria mandantis,ſed aliena in perſona delegati.nu.7.*

## CAPVT VIII.

1 Tertia concluſio ex gloſſ. reſultat ſcilicet Iudicem cui mãdata eſt iuriſdictio ordinariam iuriſdictionem non habere,ſed delegatam,ſecundum communẽ, hãc videtur probare tex.in l.i.§.qui mandatam, infra eod. ibi, qui mandatam iuriſdictionẽ ſuſcepit,proprium nihil habet,ſed eius,qui mandauit,iuriſdictione vtitur,& in l.& ſi prætor, in verb.alienam,eo.ti.& in l.more.ff. de iur. om. iud.& in l.ſolet,eo.titu.

2 Obſt.tex.in l.i.§.qui mandatam,in verb. trãſferri,infra eod.

Secundo obſt.l.cognitio,in verb. dederis, infra eod.quod verb.ſignificat translationem proprietatis.§.ſic itaque. Inſt.de actio.

Tertio obſt. Bar.in l. Imperium.ff.de iur.om.iudi.qui ſcribit iuriſdictionem delegatam, et ordina-

dinariam, eandem eſſe, videtur ergo ꝙ delegatus habeat ordinariam.

3 Reſolutio communis eſt, ꝙ in ſubſtãtia ſit eadem, & ſic reſpectu ſubſtantię non differt delegata iuriſdictio ab ea, quam vocant ordinariã, in perſona tamen Iudicis delegati nuncupat delegata, quia vſus tantum transfertur, nõ autem proprietas iuriſdictionis. d. §. qui mandatam, vbi Doct. & hæc delegata iuriſdictio dicitur propria ipſius delegati, & hæc dicitur trãſlata, & data, ſecundum Doct. quę tranſlatio in effectu eſt poteſtas vtendi, & exercendi iuriſdictionem ſibi mandatam.

4 Plerique opinantur iuriſdictionem ipſam ordinariam transferri in delegatum, & quidem vere, ſed fingi non eſſe tranſlatam eo quia momentaria eſt iuriſdictio huiuſmodi, & a mandantis arbitrio pendens, vtpote quę ad eius nutum diſſoluitur. l. iudicium ſoluitur. ff. de iud. hunc probat gl. & Bar. & cõiter Doct. in d. §. qui mandatam.

5 Obſt. tex. in d. §. qui mandatam, qui ait expreſſe, eum, qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, nihil habere proprium, qui text. cauillari non poteſt, & habet vniuerſalem negatiuam, quę in omnibus verificãda eſt, alioquin in vno falſa tota redditur falſa. l. ſi is qui. cc. §. verum. ff. de reb. du. oportet igitur defendere eũ nihil habere proprium.

6 Idem probat tex. in l. & ſi pretor. infra eod. ibi alienam iuriſdictionem exequitur, & aduertatur,

tur, ꝙ tex. ille loquitur de tempore illo, quo iã tranſlata eſt iuriſdictio, & quo eam exercet, tamen alienam iuriſdictionem exequi dicitur, & eam, quę aliena eſt tempore executionis, ſeu vſus, & exercitationis, oportet enim ꝙ alieni qualitas adſit tempore quo exequitur, iuxta regulã de qua in l. in delictis. §. i. ff. de noxal.

7 Puto ego transferri propriam ipſius mãdantis iuriſdictionem, ſed cum tranſlata eſt incipit eſſe aliena, & ſic iuriſdictionem habet prætoriam is, cui mandauit prætor, alienam tamen habet, & mandatam quo ad ipſum, ſed propriam quo ad prætorem mandantem, eſt enim propria ipſius pretoris. l. cognitio in verb. propriam, infra eo. ſed quo ad ipſum delegantem aliena eſt: quia ipſe nihil habet proprium. d. §. qui mandatam. Non obſt. verb. dederis, quia declaratur, ex alia parte legis in verb. nihil proprium, arg. l. qui filiabus. ff. de leg. i. apparet ex hiſce verbis non eſſe tranſlatam iuriſdictionis proprietatem, & ſic verb. dederis ſtat improprie, pręcedentia enim ex pręcedentibus declarantur. l. ſi ſeruus pluriũ ff. de legatis. primo.

8 Ad illud quod a pleriſque dicitur tranſlatam eſſe propriam, ſed fingi non eſſe tranſlatam, dic non eſſe locum fictioni. in d. l. i. §. vlti. verba. n. ipſa legis veritatem portendunt, ideo non eſt locus fictioni, vt per Bar. in l. ſi is qui pro emptore, col. v. nu. 5. ff. de vſucap. Concludo itaque eũ qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit nihil habere proprium. i. non habere iuriſdictionem

propriam,ſed alienam,& vere alienam, non ficte,quicquid dicent alii.

9 Iccirco Bar.in d.l. Imperium,in fi.ff.de iur.om. iud.recte ſcribit iuriſdict.ordinariam,& mandatam eandem eſſe ſubſtantiã,ſic veſtis mea, quo ad me eſt mea, & propria. Sed in manũ Ticii, cui forte tradidero,& quo ad ipſum eſt aliena, & ſemper quo ad ſubſtantiam eadem eſt veſtis ſiue penes me,ſiue penes Ticium reperiatur ſic iuriſdictio in perſona delegati aliena eſt, & tũc dicitur iuriſdictio mandata in perſona delegati aliena eſt,& tunc appellatur iuriſdictio mandata.d.§.qui mandatam,& aliena dicitur.l. & ſi p̃tor,infra eo.ſed in perſona mandantis dicitur ꝓpria,l.cognitio,in prin.infra eo.tit. an autem ſit indiſtincte verum ꝙ nihil proprium habeat is, qui mandatam iuriſdictionem habet ſequẽti capite explicabitur.

## I N D E X

*Legatus proconſulis habet aliquid proprium nu.1. & numero.3.*

*Legatus non eſt ordinarius,numero.2.*

## CAP. NONVM.

1 Retenta concluſione ꝙ delegatus alienam habeat iuriſdictioné,ſeu ꝙ nihil habeat propriũ. d.§.qui mandatam,& d.l.& ſi prętor,infra eo.l.more,et l.Solet.ff. de iuriſdict.omn. iudic.limitanda eſt multis modis

vt

vt infra, videlicet fallit in legato procõſulis, qui vt habere aliquid proprium. l. legat. ff. de off. ꝓ conſ. vbi legati proconſulum nihil habent proprium niſi eis a proconſulibus mandata fuerit iuriſdictio, quo in loco, verb. niſi præſupponit ꝙ legatus poſt mandatã iuriſdict. habet aliquid proprium, per not. per Barto. in l. actione. C. de tranſaction.

Secundo facit glo. in l. vlt. C. de iud. in glo. i. quæ dicit hunc eſſe ordinarium.

2 Aduerte quicquid dicat gl. cõis opinio eſt ꝙ ſit delegatus, ita Doct. in d. §. qui mandatam facit, l. ii. ff. de off. proconſ. cũ ſim. & ſic non habet ꝓpriam iuriſdictionem, ſed mandatam, & alienã, l. & ſi prætor, infra eo. in verb. alienam, l. more. ff. de iur. om. iud. in verb. alieno. Non obſt. d. l. legati. ff. de off. proconſ. Reſpon. Docto. ꝙ poſt mandatam iuriſdictionem habet delegatam ꝓpriam, & vſum proprium quod eſt contra text. in d. §. qui mandatam, in verb. nihil.

Item quod dicitur eum habere propriã delegatam, hoc nihil aliud eſt dicere, album nigrum ſunt enim repugnãtia ꝙ ſit propria, & ꝙ ſit mãdata, ſeu delegata, ideſt aliena.

3 Dic igitur non omne quod habet legatus Proconſulis eſſe alienum, ſed habet aliquid ꝓpriũ a lege ſpecialiter indultum. d. l. legati poteſt. n. dare tutorem, l. pen. ff. de offi. Proconſ. l. i. §. i. ff. de tut. & cura. dat. Poteſt etiam Iudicem dare, l. legatus, eo. ti. l. cum prætor. §. i. ff. de iudic. põt mulctare, l. ii. ff. quis, & a quo appel. quæ omnia

poteſt iure proprio, & ex indulgentia legis, ſunt enim iſta ſibi ſpecialiter conceſſa, vt ſentit text. in d.l. cum prætor. §.i. ff. de iud. & in l.i. §. legatus. ff. de tut. & cura. dat. ab his, & ſic eã habet a lege propter mandatum generale iuriſdictionis non ex mandato, d.l. legati, cum.n. poteſtas dandi tutorem nemini competat, niſi ei, cui hoc lex nominatim dederit, l. muto. §. tutoris. ff. de tutori. nec poſsit mandari, l. nec mandante. ff. de tut. & curat. da. ab his.

4 ¶ Fateri oportet poteſtatem huiuſmodi, quæ reperitur competere legato, & ſpecialiter datam fuiſſe ex legis indulgentia, & hoc probat tex. in l.i. §. legatus eo. tit. vbi expreſſe ait lex huiuſmodi poteſtatem ex conſtitutione Principis datam fuiſſe legato, poteſtas quoq; iudicis dãdi eidem tributa eſt a lege. d.l. cum prętor. §.i. ff. de iudic. nec nõ & mulctæ irrogandæ poteſtas, quia hęc nemini competit niſi cui nominatim data eſt, l. ii. in fi. ff. de iud. ex his habetis limitationem ad regulam, ꝙ delegatus nihil habet proprium, cæteræ limitationes ſequenti capite tractabuntur.

## I N D E X

*Proprium aliquid habet is, cui mandata eſt iuriſdictio, uidelicet quo ad Vſum, nu.1.*
*Et quo ad officium, nu.2.*
*Delegatus legis habet proprium, nu.3.*
*Vicarius præfecti habet proprium, nu.4.*
*Vicegerens præſidis habet proprium, nu.4.*

*Delegatus*

*Delegatus principis habet proprium,nu.5.*
*Vtroque iure,nu.6.& 8.*
*L.vnica.l.qui pro ſua iuriſdict.nu.7.*
*Vicarius Epiſcopi an habeat iuriſdictionē propriā remiſsiue numero.8.*

## CAPVT. X.

1 Redeundo ad concluſionem firmatam, q́ delegatus nihil habet proprium,vt ſupra dictum eſt, ſecundo fallit reſpectu vſus,ſeu exercitationis, nam vſus, ſeu poteſtas vtendi,& exercendi eſt ipſius delegati propria, ſecundum Doct.in d.§.qui mandatam.

Obſtat tex.in d.l.& ſi prætor,infra eo.ibi quoties partibus eius fungitur,& in d.l.ſolet.ff.de iuriſ. om.iud.ibi fungitur vice eius,qui mandauit nō ſua,& in.d.§.qui mandatam,ibi eius, qui mādauit, Reſponde vt dixi ſupra in verb.eius.

2 Fallit tertio quo ad officium, habet.n.officium propriu m,vt probat tex.iſte in rub.quæ concepta eſt de officio eius &c. quo verbo ſignificatur do minium,& proprietas.l.ii.§.locum.ff.de relig. Doct.in rub.ff.de ope.noui nunciat.

Obſt,tex.in l.i.§.damus.ff.de ſuſpe.tut.vbi mādata iuriſdictione totum iuriſdicendi officium tranſit,& ſic officium mandantis, quod alienū eſt,tranſit,dic q́ ibi accipitur officium pro officio iudicis,quod eſt annexum iuriſdictioni,nos loquimur de officio exequendę iuriſdictionis,

ideſt de eo, quod iudex iſte facere tenetur pro exequendo munere iniuncto, vt alias dixi, & ſic officium ſuum eſt fungi partibus mandantis, cõclude itaq; eum habere officium proprium, & ſuum, forte tamen hęc limitatio eſt eadem cum prima, niſi dixeris tantum diſtare officium ab vſu, ſeu exercitationẽ, quantum functio ipſa, ſeu factum a iure, & obligatione exercendi, non inſiſto, quia hæc leuia ſunt.

3 Fallit quarto in delegato legis, proprium enim hic habet, nam ſecundum Doct. ordinariam habet iuriſdictionem, ego intelligo propriam, nõ autem ordinariam ad differentiam extraordinariæ, ſed propriam, & ſuam, ſeu iure ſuo, non alieno beneficio, nam lex dat propriam, nõ alienam iuriſdictionem, l. & quia. ff. de iur. om. iud. hæc iuriſdictio q̃q̃ eſt propria, eſt tamen ſpecialiter data, & ſic iure magiſtratus non competit, l. i. in princ. in verb. delegatam, infra eo.

4 Fallit in Vicario præfecti. l. i. C. de vica. l. vlt. C. vt dignit ordo ſeruet libr. xii. quod ego intelligo verum, ſi fuerit conſtitutus a Principe.

Fallit in vicegerente præſidi dato per Principẽ, vel per Præfectum, l. ii. C. de off. eius, qui vicem alte. ger. iuncta, l. & quia. ff. de iuriſ. om. iud. probatur in l. vlt. in fi. C. vt digni. ordo ſer. lib. xii.

5 Fallit in delegato Principis ſecundum quoſdã; is enim videtur habere propriam iuriſdictionẽ per regulam, de qua in d. l. & quia. Doct. contra per l. vlt. C. vbi, & apud quem ibi propriam iuriſdictionem non habent, & videtur notionem

tantum habere, per tex.in .l. ſi vt proponis. C. quomodò & qñ iudex.auċten. vt defuncti, ſeu funct. §.vltimo.

6 Prima opinio verior eſt iure Pōtificio, vt eſt expreſſum, in c. in litteris in verb. eius iuriſdictio. de off. deleg. & in c. quærenti, eo. ti. & in c. vlt. de off. legati. Idem videtur defendi poſſe ſecūdum iura ciuilia per tex. in d.l. & quia. ff. de iuriſ. om. iud. Non obſt. tex. in d.l. vlt. C. vbi & apud qué. Reſponde ꝙ loquitur de his, quibus mandata eſt iuriſdictio a magiſtratu, hi dicuntur propriā iuriſdictionem non habere, vt ſępe dictum eſt. Non obſt. tex. in auct. vt defunct. ſeu func. §. vlt. Reſpon. ꝙ nil facit ad propoſitum, nec debuit allegari.

7 Obſt. tamen tex. in l. vnica. §. vlt. C. qui pro ſua iuriſd. Dic, ꝙ eo loci ſua iuriſdictio intelligitur, quæ iure magiſtratus competit, & hoc reſpectu verum eſt, eum non habere ſuam iuriſdictioné, ideſt ordinariam, ſeu iure magiſtratus competé tem, habet tamen extraordinariam, & ſuam. i. non alienam, de his loquitur tex. in l. rem nō no uam. §. i. C. de iud. ibi qui ex iuriſdictione ſua iu dicandi habet facultatem, niſi malueris ibi accipiendum eſſe de iudicibus a lege delegatis, qualis eſt Doct. de quo, in procem. digeſt. §. pe. & in auct. habita. C. ne fil. pro patre.

8 Idem tamen puto in eo, qui delegatam habet iu riſdictionem a Principe, exequantur enim̄ iſta, ꝙ habeatur a lege iuriſdictio, & a Principe. d.l. & quia. ff. de iur. omn. iud. & hoc puto verius.

 Fal-

Fallit vltimo in Vicario Epiſcopi, is.n. habet ordinariam iuriſdictionem, ſecundum gloſ. approbatam in c. ii. de off. Vic. lib. vi. ſed quia hęc, quæſtio longa indiget diſcuſſione, ideo ſequenti capite eam examinandam reſeruo.

## INDEX


*Vicarius Epiſcopi habet iuriſdictionem ordinariam ſecundum communem, nu. 1. 2. Imo non. nu. 18.*

*Archidiaconus eſt Vicarius Epiſcopi, & habet ordinariam iuriſdictionem. nu. 2.*

*Vicarius decretum interponere poteſt, nu. 3.*

*Iuriſdictio in beneficialibus non competit Vicario, numero. 3.*

*Delegabile eſt, quicquid eſt cognoſcibile iure Pontificio. nu. 4. & 13.*

*Vicarius Iudicem dare poteſt, nu. 5. & 6.*

*Epiſcopus, & Vicarius faciunt idem tribunal. numero. 9. & 19.*

*A Vicario Epiſcopi appellatur ad metropolitanum, 11. & 19. & 20.*

*Vicarius habet iuriſdictionem a lege confirmatam. numero. 12.*

*Et habet aliquid proprium, nu. 14.*

*Vicegerens conſtitutus a Principe habet ordinariã iuriſdictionem, nu. 15.*

*Secus ſi ab ipſo magiſtratu, nu. 16. 17.*

*Ex conſcientia legis habens iuriſdictionem non habet propriam, nu. 18.*

*Vicarius Epiſcopi non habet ordinariam iuriſdictionem*


nem

*nem,nu.4.9.& 11.& clarius,nu.18.& 22.*
*Retenta communi limitatur non procedere in foraneo.nume 19.*
*Foraneus Vicarius an habeat diuerſum tribunal ab Epiſcopo,& an ab eo appelletur ad Epiſcopum, nume. 20.& 21.23.*
*Appellatur a Iudice dato ad dantem,nu.24.*
*A foraneo Vicario appellatur ad Epiſcopum,n.20.*
*Imo ad metropolitanum,nu.23.*

## CAP. XI.

1 NON leuis eſt quæſtio De Vicario Epiſcopi,an ſcilicet iuriſdict. habeat ordinariam, ſeu propriã, an vero delegatam,ſeu alienam, quæ in ſpecie crebrior eſt opinio eum habere ordinariam.c.ii.de off. Vic.lib.vi.c. Romana, de appel.eo.lib.vi. Doct. communiter in rub.extra eo.tamen non deſunt, qui cõtrarium multis, magniſq; rationibus tueantur. Iccirco occaſione ſumpta conſtitui ea in medium adducere,quæ in vtrunque partem diſputari poſſunt vt veritatis lux appareat.

2 Opinionem affirmatiuam,videlicet ꝙ Vicarius Epiſcopi ordinariam iuriſdictio.habeat,probat gl.in c.ii.de off. Vic.lib.vi.& eam ſequuntur cõmuniter Doct.hoc loco,& in rub.extra eo. præſertim Alex.hic,qui multa allegat.

3 Secundo Vicarius epiſcopi habet in ciuilib.ordinariam iuriſdictionem,necnon & contentio-

ſam licet ſecus ſit in criminalibus, & in beneficialibus, poteſt enim ea quæ indelegabilia ſunt exercere, quale eſt decretum interponere, & ſimilia glo. in c.ii. in verb. officialem de off. Vicar. lib. vi. Cum itaque ab eius auctoritate ſpecialiter excipiatur iuriſdictio in beneficialibus, & criminalibus clare oſtenditur eum in cæteris regulariter hr̃e iuriſdi. l. i. ff. de reg. iu. Bar. in l. q̃ſi, tũ §. deniq; ff. de reg. iu. Dec. in d. l. i. nu. ii.

4 Reſpon. verum eſſe ꝙ in cæteris iuriſdictionẽ habet, tamen habet delegatam, & alienam. Nõ obſt. ꝙ poſsit in delegabilia facere, Reſpond. ꝙ iure Pontificio attento ea nam ſunt indelegabilia, quo iure quicquid cognoſci poteſt, idem & delegari poteſt, c. quod ſedem, de offic. ordinar. ubi Docto.

5 Tertio Vicarius poteſt certam cauſam delegare, vt per gl. in c. i. de off. Vic. lib. vi. Igitur ſuo iure vtitur, quia nemo mandat iuriſdictionem, niſi qui eam habet iure ſuo d. l. more.

6 Reſpon. eum poſſe cauſam vnam delegare, id eſt Iudicem in vna cauſa dare, & hoc poteſt quilibet, cui mandata eſt vniuerſa iuriſdictio. l. cum prætor. §. i. ff. de Iudi. & ſic non concluditur ex argumento huiuſmodi eum habere propriam, ſeu ordinariam iuriſdictionem.

7 Secundo ego reſpondeo hoc illi competere ex priuilegio, ſeu iure ſpeciali, tamen non ſequitur ꝙ in omnibus ordinariam habeat iuriſdict. Sic etiam legatus proconſulis quædam habet ſpecialia. l. legati. ff. de off. proconſ. & leg. tamen ha-

bet

bet in cæteris delegatam iuriſdictionem.l.iii.eo. tit.l.i.§.vlt.infra eo.

8 Amplius præſupponit tex. ꝙ ille aliũ Vicariũ, ſeu vicegerentem conſtituerit, & iuriſdictioné dederit,quod non poſſet,ſi delegatus eſſet.l.vlt. ff.de off.eius.d.l.more. Reſponde illud de facto accidiſſe,quia de iure non poteſt hæc facere, ita gl. reſpondet in d.c.i.

9 Quarto Epiſcop⁹ & Vicarius faciunt idem tribunal.c.ii.de conſue.lib.vi.& hac ratione a Vicario ad Epiſcopum non appellatur.c. Romana,in prin.de appell.lib.vi. Ideo vices proprias gerit non alienas.c.i.de off.ord.

Reſponde verius eſſe ꝙ Vicarius Epiſcopi vices eius gerit in iuriſdictione ſibi tradita, ꝑ hoc tamen non concluditur eã habere iure ſuo: Imo hoc ſignificat eam obtineri alieno beneficio,nã & cæteri,qui habent mãdatam iuriſdictionem, dicuntur gerere vices mandantis,& partib. eius fungi.l.& ſi prætor,infra eodem.

10 Hęc quicq̃ releuat ꝙ habet idem tribunal, quia fatemur,idem eſſe tribunal vtriuſque,tamen in perſona Vicarii illud tribunal eſt alienum,& dicitur Vicarius in alieno tribunali ſedere, ĩn perſona Epiſcopi proprium eſt, quia qui alterius vices gerit in iuriſdictione,propriũ nihil habet. l.i.in fi.infra eodem.

11 ¶ Nec etiam releuat ꝙ ab ipſo Vicario idem appellatur, qui ab Epiſcopo appellari ſolet. i. ad metropolitanum.

Reſpondetur,& retorquetur iſtud, ex hoc.n.ſo

lo

lo oſtenditur Vicarium habere alienam iuriſdictionem, alioquin ſi haberet propriam ab ipſo Vicario prouocatio eſſet ad Epiſcopum, prout regulariter fit a minore ad immediate maiorem. l. Imperatores. §. i. ff. de appel. ab eo autem cui mandata eſt iuriſdictio non ipſe mandans, ſed ſuperior mandantis prouocari ſolet. l. i. §. vlti. ff. quis, & a quo appella. quod obſeruatur in Vicario Epiſcopi, ergo non habet propriam iuriſdictionem, ſed alienam. i. mandatam ab epo.

12 Quinto Vic. habet iuriſdictioné. a lege. c. ii. de off. Vic. lib. vi. ergo habet ordinariam. Dic ꝙ habet confirmatam a lege, ſed immediate habet ab Epiſcopo, non autem a lege, ideo habet delegatam. d. l. & quia. ff. de iuriſd. om. iud. habet. n. iuriſdictionem ex mandato Epiſcopi, & ſic ab homine non a lege, & per conſequens alieno habet beneficio. d. l. more. eo. tit.

13 Sexto aliqua poteſt, quæ non delegantur. c. ii. et iii. de off. Vic. lib. vi.

Dic tex. ibi loqui imperſonaliter, hoc modo niſi ſpecialiter committantur, quod eſt imperſonaliter prolatum. auct. ſi quando. C. de conſt. pec. Ideo poſſunt intelligi ꝙ comittantur a Papa. Secundo dic ꝙ eo iure omnia ſunt delegabilia. c. quod ſedem, de off. ord. & cum dentur a magiſtratu, dicuntur haberi alieno beneficio. d. l. & quia.

14 Tertio dic ꝙ licet habeat aliqua a lege, eſt tñ delegatus in his, quæ habet ab Epiſcopo, prout de proconſulis legato dicitur, qui aliqua habet a le

ge

ge.l.legati. ff.de offic.proconſ.l.cum prętor.§.i. ff.de iud. Tamen in cæteris dicitur habere mandatam iuriſdictionem,l.ii.ff.de off.procon.l.i.§. qui mandatam,verſ.quare,infra eod.l. cognitio eo.tit.& alibi ſæpe.

15 Et aduertatur, ꝙ in caſibus in quibus Vicarius, ſeu vicegerens dicitur ordinarius, id procedit, quando a Principe conſtituitur, vel a Præfecto, l.ii. C.de offi.eius qui vic. alt. quia tunc habet iuriſdictionem a lege,ideſt ex Principis conſtitutione.d.l.ii.& ſic habet eo caſu propriam iuriſdictionem. d.l.& quia.ff.de iuriſd.om.iud. Sed creatus ab ipſo magiſtratu ſibi ipſi ſemper eſt delegatus.d.l.i.verſi.non aliter infr.eod.d.l. more.ff.de Iuriſd.om.Iud.& d.l.& quia eo. tit. q̄a nemo magiſtratus dat iuriſdic.ordinariā.d.l. quia,ex quo ſequitur,vicarium epiſcopi non habere iuriſdictionem ordinariam, quia cautum non reperitur, ꝙ eam habeat à lege.

16 Et puto ego delegatum etiam eum eſſe, qui à Præſide biduo antequàm ingrediatur prouinciam conſtituitur,quæ poteſt omnia præter vltimum ſupplicium,& membri abſceſſionem auten. de collatoribus. §.ad hæc. iuncto tex. in auct.de adminiſtrato.§.illud.& ꝙ talis ſit delegatus non autem ordinarius probat tex.in l.aliquando.ff.de off. proconſ. quo tex. loquitur in eodē caſu,de quo agitur in aucten.de adminiſt. §.illud videlicet quādo Præſes abſens ante prouinciæ ingreſſum præmittet aliquem, qui pro eo adminiſtret, tamen in d. §.illud. appellatur

vice-

vicegerens. qui alibi dicitur habere mandatam iuriſdictionem in d.l.aliquando.

17 ¶ Ideo defendendum eſt vicegerentem præſidis ab ipſo conſtitutum.habere mandatam iuiuſdictionem.non autem ordinariam. Idem igitur dicendum eſt de Vicario Epiſcopi. Nec refert ꝙ vicegerens poſsit ea,quę ſunt im pii.nam & hic in l.i.§.i.inf.eo. in caſu profectionis. qui remanet iudex pro pręſide habet exercitationē publici iudicii,tamen habet mandatam iuriſdictionem,non ordinariam l.ii.eo.tit. de offic. de proconſ.& leg.

18 Vltimo pro communi adducitur ꝙ Vicarius iſte habet iuriſdictionem ex permixta, ſeu ex conſcientia legis,& per conſequens habet ordinariā & propriā. Reſp.nō ſufficere ad propriā iuriſdict. conſequendum,ꝙ quis eam habeat, permisſione legis. niſi lex immediate transferat l.vlt.ff.quis & à quo appell. vbi quis iudicē dedit ex commiſsione Principis nominatim iudicem declarantis, tamen non dicitur datus à Principe. ſed à magiſtratu. d.l.vlt.ex his patet Vicarium Epiſcopi non habere iuriſdictionem propriam,ſed alienam, quia nemo dat propriā niſi lex,vel princeps d.l.& quia.ff.de iur.om.iudic.& hoc puto verius.

19 Retenta communi ꝙ Vicarius Epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem.

Limitatur ſecundum Alex.vt procedat in Vicario Generali.is enim obtinet vices Epiſcopi, & vtriuſque cenſetur idem tribunal, & idem audi-

auditorium.

Secus eſt in particulare,ſeu foraneo Vicario ad aliquod particulare negotium dato,is enim habet diſtinctum auditorium ab Epiſcopo, & ab eo ad Epiſcopum appellatur ſecundum glo. ſingul.in Cle.ii.in glo.antepenul.de Reſcrip. Bar. in l.i.§.vlt.ff.quis & à quo appell. Bald. in rub. de offic.de leg.q.x. Ang.in l.præcepimus. C.de appellatio.probatur in d.c. romana in princ. de appell.vbi Vicarii generalis,& Epiſcopi vnum eſt atque idem tribunal,& conſiſtorium,& Vicarius huiuſmodi quaſi dignitatem habeat poteſt fieri delegatus Summi Pontificis. Cle.ii: de Reſcript.

20 Et ab huiuſmodi Vicario generali appellatur ad metropolitanum,non autem ad Epiſcopum cuius eſt Vicarius, vt per eum.

Diuerſum obſeruatur in Vicario foraneo, & ſpeciali, ſecundum glo.in d.c.romana, & in d. cle.ii.is habet iuriſdictionem delegatā ideo appellatur ab eo ad Epiſcopum,ſecundum glo.& doc.qui ita communiter tranſeunt.

21 Aduert. tex. in d. c. Romana, loquitur tex. ille de Vicario habente generalem cognitionem cauſarum,& illud dixit ad differentiam iudicis ſpecialiter dati, qualis eſt Iudex,de quo loquitur tex. in l.cum ſpecialis. C.de iudic. ſecundo aduerte ꝙ Vicarius vniuerſalis Epiſcopi habet quidem dignitatem,& ob id poteſt eſſe delegatus Papæ. d.cle.ii.de Reſcript. foraneus & particularis non habet dignitatem. Ideo non

poteſt

poteſt eſſe delegatus Summi Pōtificis per tex.
in c.ſtatutum De Reſcript.lib.vi.probat tex.in
22 d. Cl.ii.¶ Per hoc tamen nō concludetur ꝙ iu
riſdictio Vicarii generalis ſit diuerſa in ſubſtan
tia nec in qualitate a iuriſdictione Vicarii ſpe-
cialis,ſeu foranei.
Differentia eſt tantum in quantitate, nam latio
rem habet Vicarius generalis,quia habet man-
datum amplius ,& latius,tamen vterq; habet
alieno beneficio, quia vterque eam habuit ab
Epō.i.a magiſtratu,qui non poteſt dare ordina
riam d.l.more. & l.& quia.ff. de iur.om. Iudic,
neque enim hoc ipſum ꝙ iuriſdictio competat
in genere vel in ſpecie, facit quominus iuriſdi-
ctio dicatur mandata,& aliena l, Solet & l. præ-
tor.ff.de iur, om.Iudic.
23 Admitto itaque Vicarium ſpecialem, qui vul-
go foraneus dicitur habere iuriſdictionem de-
legatam,quod etiam admittunt Doct.
Sed ꝙ ab iſto debeat appellari ad Epiſcopum
hoc non admitto,per tex.in d.c. Romana de ap
pell.lib.vi.qui tex.ſimpliciter loquitur de Vica
rio Epiſcopi.ideo habebit locum in quocunq;
Vicario etiam Foraneo quia verum eſt ꝙ vtitur
iuriſdictione Epiſcopi,& eius vice fungitur d.l.
i.§.qui mādatam.l.& ſi prætor,& d.l. Solet, &
ab his omnibus appellandum eſt ad metropoli-
tanum, non autem ad Epiſcopum. arg.d.l.i.§.
vlt. ff.quis & a quo appel.& l. Imperatores.§.i.
ff.de appel.& d.c, Romana de appel. cuius tex,
ratio militat,etiam in foraneo & locali Vicario
dum-

dummodo ſit Vicarius, & habeat iuriſdictionē mandatam ab Epiſcopo.d.l.i.§. vlt.ff. quis, & a quo.

24 Secus ſi ſit iudex ſpecialiter datus, tunc appellatur ad dantē, d.l.i.§.i. & l.vlt.eo.tit.

Et hæc nota paucis cognita ex his etiam ſequitur non eſſe verum, ꝙ Vicarius ſpecialis faciat diuerſum tribunal ab Epiſcopo, immo vtriuſq; eſt idem auditorium, & idem tribunal in iuriſdictione ſibi commiſſa, d.c. Romana de appel lat.lib.vi.cuius tex .ratio militat tam in ſpeciali, quàm in generali Vicario.

## I N D E X.

*Iudex datus & is, cui mandata eſt iuriſdictio, ſunt idem nu.1, & .5. immo nu.4. & nu.10.*

*Plus eſt mandare iuriſdictionē quàm iudicē dare.1.*

*Iuriſdictio duplex altera in cognoſcēdo, altera in delegando nu.3.*

*Fungitur munere iudiciario, quid ſignificet nu.3. & nu.9.*

*A Lgato appellatur ad ſuperiorem proconſulis, ſdl lit in mulcta nu.13.*

*Legatus Iudicem dare poteſt, nu.14.*

## C A P. XII.

EX eadem gloſſ. reſultat quinta concluſio, ꝙ iudex datus, & is, cui mandata eſt iuriſdictio, ſunt idem, alterū enim pro altero interpretatur glo. Alii differre arbitrantur, de quibus hoc loco meminit Dec. nu. 10. communis tamē eſt cum glo.

Contra quam vrget, ꝙ immo plus eſt mandare iuriſdictionem, q̄ dare iudicem, nam is, cui mādata eſt iuriſdictio, iudicem dare poteſt, cum primum enim mandata eſt cuipiam iuriſdictio, intelligitur illi data poteſtas delegandi. l. cum prætor & ff. de iud. ſecus eſt ſi iudex ſimpliciter datus fuerit, is enim iudicem dare non poteſt. l. a iudice. C. de iud.

2 Differentia huiuſmodi videtur probari ex l. i. in princ. & in ver. ab eo. ff. quis & a quo appell. vbi apparet a iudice dato, appellandum eſſe ad eum, qui dedit, ſed ab eo, cui iuriſdictio mandata eſt, prouocatur ad ſuperiorem mandantis, Iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia. l. imperiū ff. de iuris. om. iud. & per conſequens is, cui mā data eſt iuriſdictio, licentiam huiuſmodi ſtatim conſequitur. d. l. cum prætor, quod non eſt in iu dice dato d. l. a iudice.

3 Quarto ſuffragatur, ꝙ duplex iuriſdictio competit ordinario, altera ſuper cognitione, & diffinitione cauſarum vertitur, altera delegandi poteſtatem continet, ex hoc euenit, ꝙ qui iudicem

dederit, cognitionem tantum, & diſinitionem commiſiſſe videtur, & ſic alteram ſpeciem iuriſdictionis tantum,

Delegandi autem poteſtatem tranſtuliſſe non intelligitur, & hoc eſt quod dicitur; iudicem datum fungi munere iudiciario d.l.a iudice.i.munere iudicandi, & ſic poteſtatem habet cognoſcendi & terminandi, ſeu iudicādi, ſed nō habet poteſtatem delegandi, aliud ſeruatur in eo, cui mandata eſt iuriſdictio, is enim delegare poteſt, d.l.cum prætor.ff.de iudi.

4 ¶ Ex his defendi poſſe videtur, ꝙ differant inter ſe iudex datus, & is, cui mandata eſt iuriſdictio, quam ſententiam probant Cy. & alii quos refert & ſequitur Soc. in d.l.i.col.v.verſi.videndum eſt. ff. quis, & a quo appell. idem probat Alciat.lib.ii. Paradox.cap.v.& Io. Coras.hoc loco, & in l. legatus. ff. de offi.procon. & med. hoc loco in add.ad Dec.col.penul.

5 Contrarium ꝙ non differant, tenent communiter Doc. vt hic per Dec.col.penul.in fin. & eam ipſe defendit, & cōſiderat ꝙ is, cui mandata eſt iuriſdictio, proprium nihil habet.l.i.§. qui mandatam infra eo. & propterea vtitur iuriſdictione mandantis, d.§.qui mandatam, ex hoc ſequitur eum delegare, ſeu iudicem dare non poſſe. quod ex eo manifeſtatur, ꝙ iuriſdictionem mādare ille demum poteſt, qui ſuo iure, non autē alieno beneficio eam habet.l. more.ff.de iuris. omn.iud. hoc admiſſo, apparet non eſſe veram differentiam primo loco traditam, & ſic nemo

his iudicem dare poteſt, ſiue ipſe ſit iudex delegatus, ſiue illi mandata fuerit iuriſdictio.
6 Secundo communem ſententiam fulcit tex. in l. vltim. in princ. infra eo. vbi mandatam iuriſdictionem mandare alteri neminem poſſe manifeſtum eſt, per quæ probat Dec. nullo diſcrimine diſtare iudicem datum ab eo, qui mandatam iuriſdictionem habet, Cagno. hiſdem vtitur nu. 15 & Nig. probat.
Quibus fundamentis iactis reſpondet ad contraria, quæ ad oppugnandam communem fuerunt adducta. Dec. hic col. vlt.
7 Non obſtat itaq; tex. in d. l. cum prætor. §. i. Reſpondet Dec. col. vlt. ſpeciale eſſe in legato proconſulis, ꝙ iudicem dare poſsit d. l. cum prætor & l. legatus. ff. de offi. procons. tradit Bart. in d. l. a iudice. C. de iud. ibi enim dicitur iudicem poſſe eos, quibus a lege conceditur, ſicut eſt procons. deinde quod de proconſule traditum fuerat ampliatur, & producitur ad legatum, cui hoc idem a lege fuit cōceſſum, vt expon it tex. ille, cum itaq; ſit caſus ſpeciali iure receptus, nō recte infertur ad alios, quibus mandata eſt iuriſdictio, ſed ſoli legato competit priuilegium illud, cui hoc lege datum eſt, aliis non fuit datum a lege ergo non competit, addit ratio nem Dec. col. vlt. quia inquit legato Proconſulis iuriſdictio a lege mandata eſt, aliis delegatur a magiſtratu, ideo primo caſu tranſit poteſtas iudicis dan di, ſecundo caſu non tranſit d. l. a iudice.
8 Non obſtat tex. in d. l. i. ff. quis & a quo appell.

Reſpondet Dec. varie accipi poſſe tex. illum, quamobrē ſuper committi non poſſumus, no. Bart in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.

Non obſtat tex in. l. imperium. in fi. ff. de iuris. om. iud. vbi iudicis dādi licentia iuriſdictio eſt, quæ iuriſdictio eſt delegabilis ſecundum Doct. Reſpondet Dec. ibi iuriſdictionem accipi oportere pro ea, quæ ordinaria eſt, & iure proprio competit, hæc enim comprehendit etiam iudicis dandi licentiam, d. l. imperium ſecus eſt in iuriſdictione delegata, in hac enim non continetur iudicis dandi licentia d. l. a iudice.

9 Vltimo non obſtat tex. in d. l. a iudice. Reſpondet Dec. verba illa, fungitur munere iudiciario, aliter accipienda eſſe, ſignificant enim ſecundū eum, ꝙ propriam iuriſdictionem nō habet, ſed delegantis iuriſdictione vtitur d. l. i. §. qui mandatam infra eo.

10 Denique dicit Dec. Iudicem delegatum habere iuriſdictionem, tamen ab eo iudicem alium dari non poſſe, & per conſequens non eſt uerum cum iuriſdictione trāſire poteſtatem iudicis dādi, Cagno. nu. 14. dicit articulum eſſe ſubtilem, & in uttrāq; partem plura adducit, demum trāſit. cum communi. Mod. Bon. nu. 50. ſentit cum Soc. ꝙ differant, & arbitratur mandare iuriſdictionem eſſe genus, dare iudicem eſſe ſpeciem, mandatur enim iuriſdictio vniuerſa, datur iudic. in cauſa particulari, idem probat ante eum Alciat. Paradox. libr. ii. cap. v. Coras. hic.

11 Aduerte hæc diſtinctio cōprehenditur per tex.

in l. ult. C. de ped. iudicibus, ubi iudex datur ad vniuerſitatem cauſarum, & per tex. in l. Solet, & l. prætor. ff. de iuris, omn, iud. vbi mandatur iuriſdictio ad vnam cauſam tantum, & inter certas perſonas; ergo diſtinctio, mod. non eſt admittenda.

Secundo Obſtat tex. in l. ult. circa fi. C. vbi & apud quem, ubi iudex pedaneus, ſeu datus dicitur habere mandatam iuriſdictionem.

Tertiò Obſtat. l. ii. ff. quis & a quo appell. ubi a legato appellatur ad proconſulem, fatetur Mod. Bono. num. 52. in hoc nihil differre iudicem datum ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, conſtituunt enim diuerſum tribunal ab eo, qui dedit l. Solet. §. legatus. ff. de offi. procon. & d. l. ii.

12 Tunc obſtat tex. in l. i. §. i. ff. ſi quis & a quo appell. Reſp. Mod. Bon. nu. 53. illum tex. accipi oportere de ſubdelegato, ut ab eo appelletur ad primum delegantem, non autem ad eum, qui ſubdelegauit, & eſt communis ſenſus. Qui ſenſus non poteſt defendi, quia nullo modo congruit verbis legis, ideo quod verba non ſonant, nec ipſe ſenſiſſe videtur. l. labeo. §. i. ff. de ſuppell. leg.

13 Dic igitur ꝙ a legato proconſulis appellatur ad ſuperiorem proconſulis, d. l. i. §. i. & in fi. fallit in mulcta d. l. ii. §. i. eo. tit. Ratio quia ius mulctandi non tranſit in legatum ex mandato iuriſdictionis, ſed ſpecialiter a lege hoc habet. l. ii. in fi. ff. de iud. & ſic iure proprio. l. legatus & l. legati. ff. de offi. procon.

Quod

14 Quod attinet ad poteſtatem iudicis dandi, dic verum eſſe, ꝙ legatus & ſimiles, quibus tota iuriſdictio mandata eſt, habent facultatem iudicis dandi. l. legatus. ff. de offi. procon. d. l. cum prætor. §. i. ff. de iud. quia hæc poteſtas nominatim illi a lege data eſt, d. l. cum prætor. §. i. iudici dato non competit d. l. a iudice C. de iud. quia non fuit a lege data, nemini enim competit, niſi cui a lege hoc datum eſt, d. l. cum prætor. §. i. legato itaque competit non ex mandato iuriſdictionis ſed propter mandatum, lex hoc illi indulſit d. l. cum prætor, & hoc habet proprium, arg. d. l. legati. ſequenti capite, quid ego ſentiam de iudice dato, explicabo & quomodo differat eb eo, cui mandata eſt iuriſdictio.

## INDEX

*Iudex datus quis ſit. nu. 1. & 3.*
*Mādatam iuriſdictionem habere quis dicatur. nu. 2.*
*Iudices ſelecti. nu. 4.*
*Auditores Rote Rom. ſunt Iudices dati. nu. 6.*
*Præſides iuſſionibus principis occupati ſunt nu. 8.*
*Pedanei Iudices ſunt Iudices dati. nu. 7.*
*Pedaneis iudicibꝰ qualis cauſa delegari poſſit nu. 8.*
*Mandata iuriſdictione omnia tranſeunt. nu. 9.*
*Iudex omnino dandus eſt in paruis Cauſis nu. 10.*
*In quibus ſe non intromittit præſes. niſi ex non ſcripto. nu. 10.*
*Mediocres cauſę ab occupato delegantur nu. 11.*
*Magnę cauſæ non delegantur pedaneo, niſi a Princi*

 *pe.*

*pe nu.12.*
*Aſſeſſor in magnis cauſis cognoſcit.nu.13.*
*Aſſeſſor delegat. principis non permittitur in cauſis magnis.nu.13.*
*Delegatus Principis totam cauſam ipſe per ſe cognoſcere debet, ſi ſit magna.nu.13.*
*Iuriſdictio tota mandari poteſt nu.14. & in magnis cauſis.nu.19.*
*Defenſores ſucceſſerunt in locum iudicum.nu.15.*
*Magiſtratibus municipalibus delegationes fieri debent.nu.16.*
*A Defenſoribus appellatur ad præſidem.nu.17.*
*Iudici pedaneo non delegantur ea, quæ ſunt miſti imperij.nu.17. niſi periculum ſit in mora nu.18.*
*Iudex datus iuriſdictionem non habet.nu.19.*
*Dans iudicem non mandat vices ſuas, ſed iubet vt exequatur munus ſibi iniunctum nu.20.*

## CAP. XIII.

1 SVpereſt vt quid ego de iudice dato ſentiam, in medium adducam. Itaque dic. iudicem datum eſſe eum, qui habet poteſtatem iudicandi a lege, ſed eã non põt exercere, niſi interueniat iuſſus præſidis, ſeu prætoris, & is nihil habet a prætore, ſed iubetur exercere munus ſibi a lege iniunctum, & cogitur ſuſcipere curam huiuſmodi. l. vlt. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. l. quippe. ff. de iud.

2 Mandatam iuriſdictionem habet is, cui magiſtratus

ſtratus aliquis uices ſuas dedit in iuriſdictione, l.& ſi prætor infra eo.l. Solet. ff. de iuris.om. iud.& hoc mandatum eſt voluntarium ab initio.§.mandatum Inſt.mandat, & quantumuis magno viro mandatur d.l.etſi prætor infra eo, ſed iudex datur inuitus,d.§. iudicandi,eſt enim munus publicum iudicandi neceſsitas, prout eſt tutela, legatio,& defenſoris officium, & decemuiratus, & Decurionatus,& alia huiuſmodi.l.quippe.ff.de iudic. Ideo ciuibus tãtum, ſeu municipibus iniungitur. d.§.iudicandi.l. vnic. C. qui pro ſua iuriſ. iudic.dare dari ue poſs.& eiuſdem municipii ciues,qui ad functiones tenentur.l.iii. C.de aduo.diuers.iudi. prout de officio defenſoris ſtatuitur,in aucten. de Defenſ. §.interim,probatur in l.i. C.ubi quis de cohorta.conditio:ibi curiæ, uel officiis iudicum, aut aliis quibuſcumque corporibus obnoxius.

3 Dic igitur ꝙ iudices dati ſunt ciues ad iudicandum cauſas priuatas deputati. Similem iuriſdictionem habent conſiliarii vniuerſitatis Piſanæ qui rectoris ſententias appellatione ſuſpenſas, reformant,nam appellatione,ſeu quærela interpoſita itur ad conſiliarios,qui tres ſuffragiis eligũt de ea re iudicaturos,& ex hac ſortitione,ſeu electione iuriſdictionis exercitationem naciſcuntur,quæ prius habitu competebat. Sic antiquitus municipes ad iudicandum idonei eligebantur,& eorum nomina in urnam coniiciebãtur,cum poſtea lis iudicanda inter priuatos obueniebat,prætor iudices ſortiebatur, hique ſic

ſortiti,

ſortiti, ſi non fuiſſent reiecti, iudicabant in cauſa, quæ illis obuenerat, ut ſcribit Bud. in anno. in l. vlt. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. Alcia. in c. quod ſedē nu. 8. & nu. 12. de offi. ordin. Coros. in miſcell. libr. 3. cap. 18. Tiraqu. de iure Primogen. q. 17. Soc. in l. i. ff. quis, & a quo appell. Mod. Bono. hic nu. 54.

4 Hi omnes mentionem de iudicibus datis faciunt, tamen non ſic explicant, vt videre potes. hi appellantur ab Iuſtiniano delecti iudices in auten. de iudicibus. §. veterem, & ſelectiſsimi nuncupentur. eo. tit, in §. ſi quis uero ex glorioſiſsimis ſecundum interprætationē Aloandri.

5 Hi etiam ſæpe appellantur pedanei iudices. l. ii. C. de ped. iudicib. & in d. auten. de iudi. in princip. & alibi ſæpe, olim erant quamplurimi ſecūdum Bud. ubi ſupra. Hodie per Iuſtinianum ad exiguum numerum redacti ſunt in aucten. de iudicib. §. i. hi ſummopere differunt ab eo, cui eſt mandata iuriſdictio, is enim eſt eius locum tenens, ſeu vicegerens in iuriſdictione, a quo ſuſcepit mandatum, ideo dicitur uices eius gerere, & partibus eius fungi, qui mandauit d. l. i. in fi. in eo. l. & ſi pretor eo. tit. l. Solet. ff. de iuris. om. iud.

6 Exemplum etiam iudicum datorum poni poteſt in auditoribus ſacri Romani Palatii, qui ſunt xii. deputati ad cauſas audiendas, quæ ad curiam Romanam, ſeu ad Summum Pontificem deuoluuntur, tamen nemo ex eis poteſt iudicare, niſi ex reſcripto, ſeu iuſſu Pontificis:

& ſic habent iuriſdictionem habitu,eam tamen non exercent,niſi interueniente Pont.iuſſione.
7 Tales erant Pedanei iudices,de quibus fit mentio in auctẽ.de iudicib.§.i. & per totum, tales erant magiſtratus municipales in poteſtate dandi tutores,habebant enim ius dandi tutorem a lege.l.ius dandi.ff. de tuto. & curat. dat.ab his, tamen non poterant illud exercere,niſi præſidũ iuſſu præcedente Inſt.d.aff.tut.§. ſed hoc iure. Item hi iudices dabantur partibus petentibus prout hodie partibus petentibus ſolet committi cauſa conſilio ſapientis decidenda. l. ex conſenſu.ff.de appell.l.ii.§.i.ff.de iudic. cora.in miſcellan.lib.3.cap.18.
8 His ſic præſuppoſitis,ſcire oportet ſolere magiſtratus continue occupatos eſſe iuſsionibus Principis auctẽ. vt defunc. ſeu func.ff. multo Auctẽ.de defenſo. §.nos igitur, & in Auctẽ. de iudicib.§.i. Ideo iudices Pedaneos in paruis dare poſſunt.l.vlt. C. de pedaneis iudib.in his enim etiam non occupati dare poſſunt.
In mediocribus autẽ cauſis ſupra ccc. aureos,ſi ſunt occupati publicis negotiis , uel iuſsionibus Principis,iudices dare poſſunt ſecus ſi alia habeant impedimẽta.l.ii.in princ. C. de pedan. iudicib.in magnis cauſis,quæ magnitudine forenſi dignæ ſunt,iudices non dantur etiã,ſi ſint occupatiſsimi,ſed hoc in præſidum cognitione retinentur,d.l.ii.verſ. quod non ita. C.de ped. iudicib. l.i. C.de defenſo.ciuit.
9 In mandato iuriſdictionis omnia trãſeunt, exceptis

ceptis his quæ ſpecialiter ſunt tributa à lege vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione principis.l. i.§.damnos.ff.de ſuſpec. tuto.l. Solet & l. prætor.ff.de iuris.omn. iud.iuncta l.i.in princ.infr. eo.tit.

10 Et eſt aduertendum ꝙ in cauſis paruis omnino dandi ſunt iudices,ſi pars petat, nec eſt eundum ad præſidem altera parte inuita,aucten.de defen.ciuit.§.& iudicare, ſentit tex.in l.vlt.C. de pedan.iud. ꝙ ſi ambæ partes conſentiant,tenetur pręſes ſummatim cognoſcere ex nõ ſcripto,aucten.de mand.princip.§.ſit tibi quoque.

11 Alii intelligunt id procedere in ciuitatibus a quibus abſunt pręſides,& ex eis non trahũtur cauſæ ad præſidem in alia ciuitate exiſtentem, ſecundum Mod. Bono.ita intelligitur tex.in d. §.& iudicare,quem ſenſum non admittit verb. maxime ibi, & maxime cum abſunt,quaſi dicat idem eſſe etiam ſi non abſint, ſic etiam intellige tex.in aucten.de man.princ.§. ſit tibi quoq;, ea quæ ſunt aliquanto grauiora,non delegat præſes,niſi ſit occupatus publicis negotiis, vel iuſſionibus principis,& ſic non excuſat eum occupatio priuatorum negotiorum. l.ii.in princ. C. de ped.iudicibus.

12 In magnis cauſis, quæ ſunt dignæ magnitudine forenſi,iudices non dantur; etiam ſi ſint occupatiſsimi,ſed in præſidum cognitione retinẽtur.l.i. C.de defenſ.ciuit.l.ii.§. qui non ita. C. de ped.iudi.

A principe tamen delegantur huiuſmodi cauſæ

vt

vt ſentit tex. in l. i. C. qui pro ſua iuris. iud. dare poſſunt; clarius in auðen. vt defunc. ſeu func. §. vlt. qui tex. loquitur de magnis cauſis, vt apparet ex. §. illud.

13 Item aſſeſſores huiuſmodi cauſas cognoſcunt excepta litis conteſtatione, & diffinitiua ſententia, quæ præſidibus reſeruatur, auðen. Vt defunc. ſeu func. §. illud & ſic aſſeſſores poſſunt aliqua cognoſcere, in quibus iudex dari non poteſt, Aſſeſſor tamen non permittitur hoc caſu; Delegato Principis, ſed tenetur ipſe totam cauſam audire, & cognoſcere, & terminare. §. ult. eo. ti. & in hoc differt iudex datus ab eo, cui mãdata eſt iuriſdiðio, nam iudex datur tantum in paruis d. l. vlti. C. de ped. iudi. & ab eo occupato in mediocribus. l. ii in princ. C. de peda. iudic.

14 Iuriſdiðio autem tota mandari poteſt. l. Solet et l. prætor ff. de iuriſ. omn. iud. l. i. §. damnus. ff. de ſuſpec. tu. Item ab huiuſmodi iudicibus appellatur ad dantem, quia faciunt diuerſum tribunal l. Imperatores. §. i. ff. de appell. l. i. in princ. ff. quis & a quo appell. Auð. de iudicib. in princ. ſecundum interpretationem Alexandri ubi inferioris ſubſellii iudices dicuntur; ab eo, cui mãdata eſt iuriſdiðio, appellatur ad ſuperiorem mandantis. l. i. §. i. ff. quis & a quo appell.

15 In locum horum iudicum, qui antiquitus ſortito dabantur, ſucceſſerunt in prouinciis defenſores ciuitatum; qui hodie ſunt iudices conſtituti in paruis ipſo iure Auðen. de defen. ciuit. §. nos igitur, in uerb. iudicum ordinem occupet, quibus

bus verbis ſignificatur defenſores occupaſſe locum, & officium iudicum, & in §. nulla, eo. tit. ibi officium iudicum complere, & in §. deinde ibi iudicum obtinere ordinem, hæc habent locũ in prouinciis, at in Vrbe regia pedanei ſunt ab Iuſtiniano certi conſtituti, quib. & magiſtratus Vrbis, & princeps ipſe delegant cauſas au- ðen. de iudi. §. i,

16 Puto autem in municipiis, quæ ciuitatum titulo non illuſtrantur, etiam hodie poſſe conſtitui pedaneos iudices, iuxta tex. in l. vlti. C. de ped. iudi. & forte dandi ſunt magiſtratus municipales, ſeu decemuiri, qui non in ciuitatib. ſed aliis municipiis magiſtratum gerunt, ſic fecit prætor in l. iiii. §. duas & in l. i, ff. de Damn. infec.

17 A Defenſoribus appellatur ad præſidem Auðen. de Defens. §. & iudicare in fi, idem puto à magiſtratibus municipalibus. l. Imperatores. §. i. ff. de appell. à pedaneis certis, & conſtitutis appellatur ad dantem auðen. de iudicib. §. appellationes l. i. in princ, ff. quis & a quo appell. etiã ſi fuerit dat⁹ iudex iuſſu Principis; nominatim ipſum declarantis. l. vltim. eo. tit. in his habent locum omnia, quæ tradunt Doðo. de legationibus leuium cauſarum, hi enim iudicant tantum leues cauſas. l. ea quæ, ff. ad municipal. in his defendi poteſt habere locum regulam illã a Doð. ſæpe inculcatam, ꝙ ea, quæ magiſtratibus municipalibus non competunt, delegari nõ poſſunt; intellige, ꝙ in his non poteſt dari iudex pedane⁹, l. ii. in prin. C. de pedan. & ſic ea, quæ ſunt

mixti

mixti Imperii,non poterũt delegari.d.l. ea quæ ff.ad municipal.

18 Ex cauſa tamen, puta ſi periculum ſit in mora præſes abſens hæc delegabit, vt eſt exemplum in l.i.& l.iiii.§.duas.ff. de Damn. infec.& et ab occupato iuſsionibus Principis,uel per cauſarum multitudinem,ita poteſt intelligi tex. in d. l.ii.in princ. C.de ped iud. Nullo caſu iudex dari poteſt,in his, quæ iuriſdictionem requirunt, quæque a præſidum auctoritate pendent. auten.de Defenſo. ciuit.§. iuſiurandum verſ.oportet,& l.iii.§.quod nõ ita. C.de ped.iudi.

19 Poteſt tamen mandari iuriſdictio maior, & quidem tota.l.Solet.& l.pretor.ff.de iuriſ.om.iud. l.i.§.damus.ff.de ſuſpec.tuto.nec non & mixtum Imperium.l.i.in fi.& l.vlt.infra.eo.de qua re poſtea uidebimus.

Item iudex datus a magiſtratu non habet iuriſdictionem,ſed tantum iudicandi facultatem,patet ex §.oportet,auctẽ.de Defenſo. Vbi ea,quæ iuriſdictionem requirunt,ad præſidem referuntur.

20 Item qui dat iudicem non mandat ei,vices ſuas nec illi dat iuriſdictionem, ſed imperat vt exequatur munus illi iniunctum a lege, tanquam municipi,& ciuit.l.quippe.ff. de iudic. l. ult.§. iudicandi. ff.de mune. & iuſſus non transfert iuriſdictionem glo.penul.in l.& quia. ff.de iuris.omn.iud.glo.in l.nec mandante.ff. de tuto. & cura.dat.glo.in auctẽn.ut nulli iudi.§.& hoc vero iubemus in uerb.præcipientem, gl.in Au.

a quo ſuſcepit mandatum l. & ſi prætor inſ. eo. l. Solet. ff. de iuriſd. om. iudic. et eſt æqualis mã danti quo ad auctoritatem.

4 Itẽ iudex datus vilia tantum diſceptat negotia l. vlt. C. de pedan. iudicibus. l. ii. in princ. eo. tit. Auct. de iudicibus. §. audient.

Is, cui mandata eſt iuriſdictio, totam habet iuriſ dictionem, & totum officium l. i. §. damus. ff. de ſuſpect. tutor. d. l. Solet & d. l. prætor. ff. de iuriſdict. omn. iud.

5 Item Mandatum iuriſdictionis ſponte ſuſcipitur, & eſt uoluntarium ab initio inſt. de mandato. §. mandatum & l. ſi mandauero. §. vlt. ff. mãdati iudex datur inuitus. l. ult. §. iudicãdæ. ff. de muner. et hono. neceſsitas. n. huiuſmodi eſt munus ciuile. l. quippe. ff. de iudi. Ideo inuito iniũgitur, prout & cætera munera ſolent. l. munus ff. de verb. ſignifi. l. penul. §. duo verſi. qui autẽ ff. de vacation. muner. l. iii. in princ. & §. i. & l. ſi quis. ff. de mun. & hon. niſi vacationem vel excuſationem habeat a lege l. prætor. §. vlt. eo. tit.

6 Item datur qui ſuppoſitus eſt iuriſdictioni dãtis, & ſic qui poteſt coherceri & cogi. l. i. C. qui pro ſua iuriſd. iudic. dare, & datur is, qui obſtrictus eſt functionibus municipii, eſt enim munus publicum d. l. quippe. ff. de iudic. l. vlt. §. iudicandi. ff. de muner. & honor.

Mandari iuriſdictio poteſt etiam extraneo, & maiori. l. & ſi prætor inſ. eo. quia mandatum eſt voluntarium vt dixi, inſt. de mãdato. §. mandatum.

7 Item appellatur a iudice dato ad dantem l.i.in princ.ff.quis & a quo,l.vlt.eo.tit.

Ab eo cui mandata eſt iuriſdictio fit prouocatio ad ſuperiorem mandantis d.l.i.verſ.nam & generaliter qui tex.cauillari non poteſt cuius rei illa eſt ratio quia idem eſt tribunal vtriuſque c. Romana de appell.lib.i.

Obſt.l.ii. ff. quis & a quo appell.vbi a legato pro conſulis appellatur ad proconſulem & ſic ab eo,cui mandata eſt iuriſdictio,ad mãdantem prouocatur.

8 Dic ibi eſſe caſum quo appellatur a mulcta cuius infligendæ uis habet legatus non ex mandato proconſulis ſed a lege nominatim l.ii. in fin. ff.de iudic. Et ſic in caſu illo legatus,habet aliquid proprium iux.l.legati.ff.de offi.proconſulis;ide o appellatur ab eo ad proconſulem tam q̃ a iudice infimo qui habet poteſtatẽ a lege vt in l.Imperator.§.i.ff.de appell.ſed ſi appellaretur ab eo in caſu iuriſdictionis mandatæ eſſet æquale tribunal. Iccirco appellaretur ad ſuperiorem proconſulis d.l.i.in fin.ff.quis & a quo appell. & erit ſenſus ad l.ii.ſi mulctam dixerit legatus, Poteſt a legato appellari & poteſt Proconſul de iniquitate eius cognoſcere quod nota.quia pau cis hæc ſunt cognita.

9 Item iuriſdictio regulariter mandatur ab eo cui data eſt iuriſdictio iure ſuo.i.non alieno beneficio.l.moræ.ff.de iur.om.iud.

Iudicem nemo dare poteſt niſi cui ſpecialiter eſt a lege conceſſum d.l.cum prætor.§.i. & ſic

non

non omnis qui iuriſdictionem propriam habet iudicem dare poteſt, mandare tamen iuriſdictio nem poteſt, vt ſupra.

10 Item iudex dari non poteſt niſi ab eo, qui habet Imperiũ l. eum qui. ff. de iur. om. iud. l. cum prætor. §. i. ff. de iudic. l. unic. C. qui pro ſua iuriſd. l. Imperium. ff. de iur. om. Iud, iuriſdictio manda ri poteſt a quoque qui eam habet iure magiſtra tus ut hic in tex. noſtro & in d. l. morę.

11 Item is, cui mandata eſt iuriſdictio, vtitur iuriſdictione mandantis vt procurator d. l. i. §. qui mandatam inf. eo. l. & ſi prętor eo. tit, l. Solet. ff. de iur. om, iud.

Iudex datus non vtitur iuriſdictione dantis, nec vti procurator alterius ius dicentis, ſed ex legis pręſcripto ſuo nomine iudicat, iuſſu tamẽ & pręcepto dantis, & hanc auctoritatem habent a lege, non autem a magiſtratu l. apertiſsimi. C. de iudi. & dãtur partibus petentibus. l. ex cõſenſu ff. de collatio. l. i. & ii. ff. de iudic.

12 Item iuriſdictio dati iudicis non intelligitur ꝑpetuata niſi præſentato reſcripto ut ꝑ ſpecul in tit. de comp. iud. adit. §. pen. verſ. fi. nu. ii. fol. 37. c. ut debitus de appell.

Secus puto in iuriſdictione mandata, in qua cre do non requiri hanc præſentationem, ſed ſuf ficit ſola acceptatio, prout in cæteris mandatis, quæ ſolo conſenſu cõtrahuntur, inſt. de obli gatio. ex conſens, in princ. iuncta, l. & quia. ff. de iur. om. iud.

13 Item in mandato iuriſdictionis non requiritur

ſcriptura, ſed ſufficit conſenſus, ut inſt. de obli. ex cōſenſu in princ. Rot. decis. 397. in not. alias eſt Dec. v. de officio Vicar. at in iudicis datione requiritur ſcriptura, cum fiat per reſcriptum, vt per Specul. vt ſupra quod reſcriptū requirit ſcripturam l. i. C. de diuerſis reſcripti. Steph. in tract. de interpret. iur. in i. parte principali, nu. 25. tamē Bart. in rub. de reſcripti nu. 31. putat ꝙ nō requiratur ſcriptura, facit tex. in l. contrahitur. ff. de pigno. ſed Dec. in d. rub. ait ꝙ de conſuetudine fit delegatio per ſcripturam.

14 Item iur. mādari pōt ab eo, qui exiſtit extra territorium, vt exerceatur interritorio, l. aliquando ff. de offic. procons. prout cætera mandata fieri poſſunt. Iudex autem dari non poteſt extra territorium, quia præcepto opus eſt. l. vnic. C. qui pro ſua iur. & l. eum qui. ff. de iure om. iud. ideo ei iubenti extra territorium, non eſt parendum l. fin. ff. eo. tit.

15 Item poteſt dari & cogi iudex, ut iudicet extra territorium dantis, dummodo detur intra territorium l. fin. ff. de offic. præfect. urb. prout etiā magiſtratus iubet ſubdito, vt compareat extra territorium ſuum coram alio iudice ad teſtificandum, prout quotidie uidemus obſeruari, & interdicit delinquenti etiam aliam prouinciam quam ipſe non regit. l. i. c. fin. ff. de offi. præfecti urb. & ibi glo. pen. ſed non poteſt mandari, ut ius dicatur extra territorium mandantis. l. fi. ff. de iur. om. iud. Iudex enim ſuo nomine agit, is autem cui mandatur iur. agit nomine mandan-

tis

tis ut dixi.
16 Item morte mandantis re integra expirat iur. mandata.l. & quia. ff. de iure omn. iud. ſecus uidetur in iudice dato, quia iuſſus non expirat morte iubentis, hęc concluſio, ſi uera eſt, cōfundit totum ius canonicum.
Ideo dicemus idem in iuſſu, qui expirat morte iubentis. vide inf. in l. i. in verb. delegatam. nu. 16. Item iudex datur ex his qui ſunt obſtricti ad munera ciuilia obeunda, non alius ſecus in mā dato iuriſdictionis, nam mandatur cuilibet, ex quo voluntarie ſuſcipitur, ut dixi.
17 Iudices dati a magiſtratu non poſſunt alium iudicem dare, quia nemo poteſt cōgere alium inuitum, ut pro ſe iudicet, quæ ratio ceſſat in iudicē dato a Principe, quia non dantur iudices a Principe, tanquam teneatur munus tale ſubire. ſed dantur ad placitum, & ſic non poteſt dici, ꝙ iſte dando alium iudicem velit cogere alium pro ſe ad ſubeundum munus, tamen hæc ratio non ſufficit, nam oportet ꝙ ſpecialiter hæc poteſtas indulgeatur. l. cum prætor. §. i. ff. de iudic. ſed iudex datus a Principe huic regulæ nōn ſubiicitur. nam expreſſum eſt in l. a iudice. C. de iud. ꝙ iudicem dare poſsit, & in l. vnic. in fin. C. qui pro ſua iuriſd. qui titulus loquitur de iudicibus datis, defendi tamen poteſt delegatum Principis ea ratione iudicem dare poſse, quia illi hoc ſpecialiter a lege indultum eſt, d. l. a iudicē & ſic in eo locum habet regula antedicta, uidetis & his qualis quantęq; differentię conſti-
 tuan-

tuantur inter iudicem datum, & eum, cui mandata eſt iuriſdictio, ita ut mirum uideatur adhuc non deeſſe aliquos, qui aduerſus leges tam apertas idem eſſe contendere non erubeſcunt; alia etiam] diſcrimina minime me congeſſiſſe in commentariis ad l. i. infr. eo. ad eum locum uos reiicio.

## I N D E X.

*Poteſtas delegati qualis, & quanta ſit ſecundum Canones.*

## C A P. X V.

1 REliquum eſt vt de poteſtate iudicis delegati, & iure Pontificio aliquo generaliter videamus. Dic itaq; primo q iudex delegatus habet iuriſdictionem ſecundum iura Pontificia. c. conſuluit de offic. delegati. c. quærenti eo. titul. c. ſuper quæſtionum. §. porro eo. tit. & §. ſi vero. c. paſtoralis in princ. & §. præterea, eo. tit. c. ex litteris in princ. eo. tit. c. paſtoralis. §. ſi uero. c. licet. eo. tit. c. ſuſpicionis in fin. c. Petro. eo. tit. c. vlt. eo. tit. c. in literis. c. prudentia. §. vlt. eo. tit. & dr̄ trāſire iuriſdictionem ex delegatione in delegatum. c. ſuper quæſtionū. §. porro de offi. deleg.

2 Et tunc dicitur efficaciter tranſlata, cum primū delegatus vti cæperit iuriſdictione, c. quamuis

de

de offic. deleg. libr. vi. quia amplius non poteſt remoueri, d.c. quãuis dicitur autem cœpiſſe vti iuriſdictione, quando facta eſt litis conteſtatio coram eo; Ideo ſi poſtea moritur delegans, non expirat iuriſdictio per conteſtationem litis perpetuatę de offi. deleg. c. relatum idem eſt ſi citatio præceſſerit, tunc enim deſiit res eſſe integra, & perpetuatur iuriſdictio. c. gratum & de offic. deleg. c. vlt. de offi. legat.

3 Delegatus vices gerit delegantis. Ideo delegatus a Summo Pontif. dicitur gerere vices ſummi Pontificis c. ſunt in princ. de offic. delegat. c. ſi pro debelitate eo. ti. & dicitur maior ordinario in eo quod decreuerit, c. paſtoralis. §. præterea de offic. ordin.

Delegatus Summi Pontificis habet poteſtatem cohercẽdi diſtrictiõe eccleſiaſtica litigatores, & corũ fautores qui iuſtitiã adminiſtrari ĩpediũt. ſi hoc manifeſte cognouerint c. i. de offi. deleg.

4 Item litigatores contumaces pœna ordinaria, ſi qua ſtatuta ẽ, cohercet, alioquĩ mulctat arbitrio ſuo. c. de cauſis. §. i. eo. tit. nã cum primum cauſa ſibi commiſſa eſt ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcũtur, plenariam recipit poteſtatem. c. præterea eo. tit.

Ideo delegatione ſimpliciter facta poteſt delegatus cogere contumacem Pontificis auctoritate vt coram ſe cõpareat, & ſe ueritate eccleſiaſtica cohercere etiam ſi non fuerit mandato expreſſum. d. c. præterea.

5 Et quia gerit Pontificis uices. Ideo in cauſa

ſibi commiſſa.ſuperior eſſe cenſetur, & maior illis,quorum cauſam ſuſcepit terminandam c. ſane in princ.de offi. deleg. quod ego intelligo quo ad litigatores ipſos,de quib.iudicat immo etiam quo ad ea, quæ decreuerit, dicitur maior ordinario c.paſtoralis.§.præterea de offi.ordin. quamobrem ſi Epiſcopus vel alius quiſpiam iuriſdictioni delegati alias minime ſubiectus rebellus fuerit ſeu contumax in cauſa delegata, poterit ſecundum qualitatem facti,aut interdicto ſupponi aut ſuſpenſionis ſententię ad obtemperandum compelli d. c. ſane. §. i. nec poteſt ordinarius ſe ſe intromittere in his, quæ decreuerit delegatus. c.paſtoralis.§. pręterea de offic.ordin. cauſa enim delegata intelligitur eſſe exępta.c.manibus ordinarii c.ii.de offic. legat.

6 Alibi ſtatutum eſt ꝙ ſi ordinarius iudex præcepto delegati non obtęperauerit,veluti ſi ſententiam ab ipſo delegato prolatam executioni mittere noluerit,aut propter aliorum potentatum nequiuerit,iudex delegatus auctoritate Pontificia eā exequi poterit, & ſi qui ſibi reſtiterint, ſententia eccleſiaſtica poterit eos cohercere,c.ſignificaſti de offi.deleg,& adeo tenetur ordinarius obtemperare delegato, ut non poſsit detractare quo minus exequatur ſententiam deleg.at.etiam iniuſtam, & ſic non poterit violenter reſiſtere delegati mandato licet certū ſit eū,qui eſt in poſſeſsionem beneficii mittendus,non canonice inſtitutum. Sed pcibus hortari debet vt ſuperſedeat,donec Summus Pōtifex de ea re cer

tior

tior factus fuerit.c.ſi quando de offi.deleg.

7 Debet tamen delegatus ſecundum qualitatem negotii temperate procedere,& ſi cum Epiſcopo res agenda ſit:illi aut ingreſſum eccleſiæ;aut Sacerdotale officium interdicere debet, aut etiam terram illius interdicto ſpecialiter ſupponere.c.ſane.in fi.de offic.deleg. & alibi dicitur dignitati eorum,qui cohercetur eſſe deferendũ. Ideo ſi neceſsitate exigent ſuperioribus perſonis negotium ſubdelegauerit ſollicite prouidere debet, ut in coactionibus inferendis dignitati deferat, & perſonę c.paſtoralis in princ.de offi.deleg.

8 Alibi ait canon. oportere ordinarium obſequi, ſeu obtemperare delegato, quamobrem ſi illi ſententiæ executio a delegato fuerit demandata eam exequi debet,licet ſciat eſſe iniquam c. paſtoralis.§.quia uero ſæpe.de offic. delag.habet etiam poteſtatem puniendi.d.c.paſtoralis. §.vl. cum auctoritate Pontificali iuriſdictionem habeat c. ex literis in princ. & etiam Patriarcha præcipere poteſt in pertinentibus ad cauſam d.c. ex literis, & ei quemadmodum iuriſdictio commiſſa eſt, ſic & cætera, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt, conceſſa eſſe intelliguntur c.ſuſpicionis in fin. de offi. delegat. & habet cohercionem ſine qua iuriſdictio eluſoria uideretur, & propterea interdicti ſententiã proferre poteſt aduerſus eos, qui aut reſcripti lectionem impediunt aut ſententiæ executionem d.ex literis in princ.de offic.deleg.

Et licet legatus in prouincia gerat uices principis c.i.de offic.legat.tamen in cauſa alteri ſpecialiter delegata ſe ſe intromittere non poteſt c. ii.de offic.legat. niſi ex dementia vel malitia delegata perſeueret quis in peccato, tunc ordinarius loci poteſt ſupplere eius uices c. ſignificauit de offi.ordin.

9 Poteſt etiam delegatus reum manifeſte contumacem excommunicationis vinculo allegare, et actorem rei ſeruandæ cauſa in poſſeſsioné mittere c.paſtorales.§.præterea de offic.ordin.& ſi quis excommunicatus a delegato fuerit non poteſt ab ordinario abſolui, etiã poſt delegati mortem, niſi ſit ſucceſſor in delegatione, uel in mortis uerſetur articulo d.c. paſtoralis. §. præterea, de offic.ordin.nã inquit canon.delegatus quãtum ad cauſam ſibi commiſſam ordinario eſt maior d.§.præterea.

Et habet puniendi poteſtatem c. irrefragabili.§. i.de offi.ordin.& c.paſtorales.§.i.de offi. deleg.

Aduocatum quoque dari poteſt litigatori non habenti, c.i.de offic.iudic.

10 Subdelegare etiam poteſt,& alteri vices ſuas cõmittere, ut parcetur laboribus,& impenſis partium c.cum te de offic.delegat.c.ſuper quæſtionum,§.ſi uero c.quoniam in princ.de offic.deleg.& poteſt uel principium uel medium uel finem cauſæ ſibi commiſſæ ſubdelegare, d.c. ſuper quæſtionum.§.intentionis,de offic.deleg.

Et ſubdelegando in alium iuriſdictionem ſuam transfert.d.c.ſuper quæſtionum.§.porro.

Et ſic

Et ſic poteſt aliquid ſibi reſeruare in cauſa, & reliquum alteri committere, d. §. porro. Ideo, & citationis officium mandare poteſt c. paſtorales §. i. de offi. deleg. poteſt etiam totum ſubdelegare nihilo reſeruato c. paſtoralis. §. i. de offic. deleg. poteſt & cauſæ cognitionem, & teſtium examinationem ſententia ſibi reſeruata ſubdelegare c. cum te de offic. deleg.

11 Sed in hoc eſt differentia, ꝙ ſi nihil ſibi reſeruauit, appellatur ab ipſo ſubdelegato ad Pontificẽ hoc eſt ad primum delegantem. c. ſuper quæſtionum. §. porro, de offic. deleg. Idem eſt quando appellatur ab arbitris iuri. c. ab arbitris de offic. deleg. lib. vi.

Si vero non in totum delegauit. Sed articulum tantum aut partem cauſæ appellandum eſt ad ipſum ſubdelegãtem, c. cum te de offic. deleg, c. & ſi delegatus eo. tit. lib. vi.

12 Fallit quando ex pluribus delegatis aliqui ſubdelegauerunt, nunc enim propter eum qui non ſubdelegauit appellatio tota deuoluitur ad ſummum Pontificem c. iii. de offi. deleg. lib. vi.

Fallit ſecundo quando mortuus eſt, vel excommunicatus ſubdelegans. tũc appellatur ad Summum Pontificem, c. ſi is, cui de offi. deleg. li. vi.

Fallit tertio ſi negetur ſubdelegantem habere iuriſdictionem, c. ſi a ſubdelegato de offic. delegat lib. vi.

13 Non tamen ſine cauſa ſubdelegandi poteſtas eſt exercenda, ſed ut parcatur ſumptibus, & laboribus litigatorum.

Puta

Puta ſi infirmitate ſit impeditus vel alia graui cauſa, c. ſi pro debilitate de offi. deleg.

Et neceſsitate cogente maxime quando ſubdelegat maioribus, c. paſtoralis in princ. & d. c. ſi pro debilitate.

Alioquin nõ eſt permittendum, ut ſe malitioſe exoneret, c. paſtoralis in prin. de offic. deleg.

14 Si vero abſit calumnia licitum eſt delegato vices ſuas alteri committere, quia Sedes Apoſtolica delegando non proſpicit per conſ. ideſt his, quibus fit delegatio, ſed proſpicit negotiis, c. quoniam. §. i. de offi. deleg. Item quia iudex a principe delegatus iudicis dandi habet poteſtatẽ l. a iudice. C. de iudic.

Item non omnibus nec indiſcriminatim poteſt delegatus principis vices ſuas alteri committere, ſed idoneo tantum.

Idonei autem intelliguntur conſtituti in dignitate eccleſiaſtica, c. ſtatutum in princ. & in §. In nullo de reſcript. lib. vi.

15 Item maior annis. xx. eſſe debet ſubdelegatus ſi tamen conſentiant partes, ſufficit q xviii. annũ attigerit. Item princeps minori delegari poteſt c. cum viceſimum de offi. deleg. l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. etiam maiori ſubdelegare poteſt, velut Patriarchæ c. ex literis in princ. de offic. deleg.

Et ſi non ſit de iuriſdictione ſubdelegantis. l. i. C. qui pro ſua iuriſdictio. iud. dare, & quod eſt, uerum in delegato principis ſecus in alio. Ideo Archiepiſcop⁹ qui cauſam appellationis ad ſe

de

deuolutam vult alteri committere, non poteſt ſubdito ſuffraganei ſui inuito demandare.c.paſtoralis in princ.de offic.ordin.
Excommunicatus non erit idoneus, nec qui deleget. nec cui delegetur, c.i. de offic. Vicarius, lib.vi.
16 Nec item omnia paſsim ſubdelegari poſſunt nec ab omnibus.
Ideo conſeruator non ſubdelegat, niſi citationem, aut denuntiationem ſententiæ, c.vlt.§.i. de offi.deleg.lib.vi.
Item legatus non poteſt cuippiam committere ꝙ recipiat beneficiorum reſignationem, & ea conferat, c.pen.§.prohibemus de offic.delegat. lib.vi.
Item executor datus ad prouidendum eccleſiæ de perſona idonea cum inquiſitione, ſi perſona non ſit certa, non poteſt ſubdelegare. Clem.i. de offic.deleg.
17 Item ſi graues ſint cauſę ita ut ſine præſentia delegati commode terminari non poſsint, alteri non dabit vices ſuas, c. ſi pro debilitate de offi. deleg.
Ideo non poteſt ſubdelegare cauſam cum clauſula appellatione remota, c. ſuper quæſtionum de offi.deleg.
Item recuſatus iudex non ſubdelegat c. iudex de offi.deleg.lib.vi.
Item Vicarius non dat ſubſtitutum generalem, poteſt tamen aliquã cauſam particularem committere.c.i.ubi glo.de offi. Vicar.lib.vi.
Item

Item non ſubdelegantur quæ ita commiſſa ſue runt, vt ea perſonaliter exequatur delegatus, in telligitur enim electa perſona induſtria, c. quoniam, §.i.de offi.deleg.

18 Item cui commiſſum eſt prædicare crucem, is alteri vices ſuas committere non poteſt d,c.quoniam. §.vlt.de offi.deleg.

Idem eſt in eo, cui commiſſum eſt, vt excommunicet vel abſoluat aliquem, & ſic excommunicandi, & abſoluendi poteſtas ſubdelegari non poteſt, d.c.quoniam Apoſtolica Idem eſt de eo qui iuſſus eſt diſpenſare cum irregularibus, vel pœnitētias iniungere, cuius rei ratio illa ſubiicitur quia non iuriſdictio. Sed certum miniſteriū fuit iniūctum, d.c.quoniam, §.vlt.de offi, deleg, caue tamen quia Vicarius poteſt habere coadiutorem in prædicationis officio, & in audiendis, confeſsionibus, & pænitentiis iniungendis, & in cæteris quæ ad animarum ſalutem pertinent, c.inter cætera de offi.ordin.

Item ordinarius poteſt demandare abſolutionē ab excommunicatione,. Si illi competat, c, vlti. de offic.ordin.

19 Item ex generali mandato iuriſdictionis non transferuntur ea quæ non eſt ueriſimile aliquē ſpecialiter conceſſurum. Ideo conſtituto Vicario generali, non tranſit in eum inquirendi poteſtas, nec corrigendi, nec puniēdi, nec beneficiis priuandi. Sed ad ea transferenda neceſſaria eſt ſpecialis commiſsio, c.i.de offic. Vic.lib. vi. nec beneficiorum conferendorum poteſtas tranſit

ex generali mandato d. c. vltim. denique ea in quibus electa fuerit induſtria perſona, non poterunt ſubdelegari.c.is, cui apoſtolica de offic. deleg.lib.vi.

20 Expirat iuriſdictio delegata tranſacto tempore ad cauſam finiendam præſtituto, niſi cõſenſu partium fuerit prorogata, c. de cauſis in prin. de offi.deleg.

Item cum primũ iudex delegatus per ſe uel per alium ſententiam latam executioni mandauit, uel præcepit exequendam, eius auctoritas; & iuriſdictio ceſſat, c.in literis, de offic. deleg.

Recuſatione facta, & approbata tollitur iuriſdictio delegati, c.cauſam de offic. deleg.nec poteſt ſubdelegare, c.iudex de offic. deleg. libr.vi.

21 Moræ mandantis re integra expirat iuriſdictio delegata, c. relatam, de offic.deleg. c. quoniam abbas, & c.licet eo.tit.adeo ꝙ etiam principis, delegatio eius morte expirat, d.c.relatum, & d. c.quoniam, ſi tamen fuerit conteſtata lis ante obitum delegantis non expirat mandatum per eius moram d.c.relatum.

Idem eſt ſi citatio facta fuerit, & hoc enim perpetuatur iuriſdictio delegata, c.gratum de offi. deleg.c.vlt.de offic.legat.

Semel autem perpetuata iuriſdictio durat uſq; ad ſententiæ executionem, quæ poſt ſententiã intra annum fieri poteſt, c. quærente de offic. deleg.

22 Item finitur iuriſdictio delegata per reuocationem mãdãtis a principe factam l.iuditium ſoluitur

uitur. ff.de iudic.c. paſtoralis. §.ſi vero de offic. deleg.

Si tamẽ ſubdelegatus uti cœperit iuriſdictione, non poteſt amplius reuocari a ſubdelegante c. venerabili de offi.deleg.c. quamuis.eo. tit.li.vi.

Item legatione finita expirat iuriſdictio eius, quem legatus delegauit, niſi citatio præceſſerit, c.vlt.de offic.legat.

23 Item gratia nõ expirat morte Summi Pontificis, licet nondum fuerit executa, c.ſi ſuper de offic.delegat.lib.vi. Ideo executoris ſuper gratia conſtituti poteſtas non expirat morte concedentis.d.c.ſi ſuper.

Item conſeruatoris officium, quo ad negotia non dicitur cœpta morte concedentis expirat ipſo iure c.vlt.§.i.de offic.deleg.lib.vi.

Item delegatio facta dignitati tranſit in ſucceſſorem, c.quoniam abbas de offic.deleg.

24 Si delegatus excommunicauerit eũ, qui rei iudicatæ parere recuſat non dicitur functus officio. Ideo quandiu non fuerit paritum iudicato retinet iuriſdictionem, & interim poterit reum parere paratum abſoluere, & durat iuriſdictio uſque ad annum intra quẽ poteſt exequi ſentẽtiam ſuã, c.quærenti de offi.dele. ſubdelegando transfert iuriſdictionem ſuam in ſubdelegatum.c.ſuper quæſtionum.§.porro de offic. deleg.ex hoc ſequitur ꝙ iuriſdictione in totũ ſubdelegata, & tranſlata ipſe carebit iuriſdictione.

Ex hoc euenit, ꝙ ſubdelegatus ſi uti cœperit iuriſdictiõe, nõ poterit remoueri.c. ven.d.of.del.

Recuſatio-

Recuſatione falſa, licet ſuſpenſi ſit iuriſdictio tamen poteſt delegatus compellere arbitris ad cauſam ſuſpicionis terminãdam c. ſuſpicionis de offic. deleg.

Vno ex pluribus delegatis mortuo expirat alterius iuriſdictio, niſi quilibet datus ſit in ſolidũ c. uir. de offi. deleg.

Legatione facta dicunt ſtatuta legat. c. vlt. de offic. legat. licet delegatio ab eo facta expiret re integra d. c. vltim.

# CAMILLI PLAVTII

## Iuriſconſ. Fontanellaten.

### AD RVB.

### Digeſtis de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio.

## Liber Secundus.

### INDEX.

*Continuatio ſecunda glo. defenditur. nu. 1.*

*Verbis tamen rub. non congruit. nu. 1.*

*Continuatio ſecunda eſt commuuiter approbata. nu. 1.*

*Continuatio ſecunda an ſit opinio glo. & quid de ſecunda.*

*cunda.nu.3.5.*

*Verb.alii exclud't perſonam loquentis.nu.3.*

*Glo.quando priorem ſententiam approbare videatur.nu.3.*

*Glo.ſemper refert opiniones alienas.nu.4.*

*Opinio ultima in dubio videtur approbata.nu.5.*

*Opinio pluribus in locis tractata cenſetur approbata.nu.6.*

*Prior opinio approbata cenſetur. quando ſubiicitur uerb.alii nu.3.qđ quomodo procedat uide nu.7.*

*Opinio pluribus rationibus munita cenſetur approbata.num.7.*

*Plures gloſſæ uincunt unam.nu.6.*

*Mos & conſuetudo gloſſæ attenditur,nu.4.*

## CAP. I.

1 HActenus ſuper prima parte gloſſatoris uerſata eſt interpretatio nunc ad ſecundam me transfero in qua alio modo applicat ſeu ad nectit hunc titulum ad præcedẽtes quæ ſuſtinetur habita relatione ad materiã ſub hoc titulo tractatã,vt hic per Alex. & alios ſed verbis rubricæ parum cõgruit,& quicquid dicunt quidã approbatur adoctoribus crebrius videlicet Bart. Alber. Ang.& Soc.& Alex. hoc loco.& Orian.& Iaco. Nig.col.4. c.nud. nu.8. & Sebaſt. Sap.& Alciat.hoc loco Bald.in rub. ff.de iuriſd.om.iudic.dum ibi ſequitur glo.illã, quam etiam eo loci ſequuntur cõmuniter Doc.

vt ibi per Ias. ubi ait teneas quamuis ſecundum Doct.

2 Quibus uerbis aperte ſignificat quamlibet con tinuationẽ eo loci relatam, crebriore ſuffragio a Doctoribus eſſe approbatam, & Alex. hoc loco communem atteſtatur, & Claud. Seyſſel. licet ſibi non placeat, eam tamen reprobāt Paul. Caſt. & Ius hoc loco, & Lancell. & Philipp. Dec. & Claud. Seyſſel. & Mod. Bonon. & alii quidam, qui etiam atteſtantur communiter reprobari, ſed errant.

3 Amplius non deſunt qui opinentur hanc ſecũdo loco propoſitam applicationẽ non eſſe gloſſatoris opinionem. Sed priorem tantum eius ſententiam eſſe. Cum enim vtatur verbo, alii, ſentire videtur hanc poſteriorem ſententiam, non eſſe ſuam, quia verb. alii, excludit perſonã loquentis, Ias. in l. ſi Idẽ. §. vlt. ff. de iuriſd. om. iud. ſecundo quia quando glo. retulit opinionẽ aliquam ſi poſtea aliam ſubiiciat, per hæc verba alii dicũt eo caſu priorem ſentẽtiam tantum approbare intelligitur, vt in terminis ſcribit Dec. in c. i. in prima lect. c. fin. extra de Conſtitution.

4 Aduerte. mihi videtur non magis unam quàm alteram eſſe gloſſatoris opinionẽ, ſed arbitror vtramque eſſe alienam, nam mos & conſuetudo gl. ea. eſt. vt ſemp referat opiniones alienas, raro quicquàm de ſuo addit Ideo Bart. in l. ii. ff. de cõcuſſione dicit nos habere paucas Accurſii opiniones, & Paul. Caſt. in aucten. ceſſante. C. de legi. hæred. & Bollognin. in aucten. ha-

 bita,

bita. C.ne fil.pro patre.col.36.nu.258. quia relatione opinionum alienarum contentus erat, ſecũdum Paul. Caſt.in d.auctẽ. Ceſſante. C. de legit.hære.& Io. Neuiz.in Sylua nuptial. lib.v. nu.35.in ſecunda ampliatione.vbi ait eũ in omnibus ſequi ſolitum opiniones antiquorum.

5 ¶ Attenta igitur huiuſmodi conſuetudine, & more Accurſii,dico neutram ex iſtis opinionibus hoc loco relatis eſſe ſuam,ſed vtramq; alienam eſſe,quo admiſſo ſuccedit concluſio. In dubio cenſeri opinionem vltimo loco relatam eſſe approbatam.l. qui filium.§. Sabinus.ff.ad Trebell. Bald.in auctẽ.ex teſtam. col.2. C.de collatio. Ang.in l.ſi. Idem.§.vlt.ff.de iuriſd. omn. iudi. Bollog.in auct.habita.num.259. C. Ne fil. pro patre.

6 Accedat ꝙ pluribus in locis hæc poſterior opinio approbatur a glo. Ideo eam magis amplectitur,& plures glo.uincunt vnam, Bald.in l. precibus col.xii.nu.42. C.de impub.& aliis ſubſtitutio. Bollognin.in eadẽ auctẽ.habita nu.258.

7 Non obſtat.quod ſcribit Dec.in c.i.in fi.de cõſtitution. Reſpondeo illud habere locum quãdo glo.expreſſe approbat opinionem primam, non alias. Ita procedit glo. & quod ibi not. Bar. in l.i. C.qui & aduerſus quos. vbi glo.in verb. non ſit in fin.& glo.in rub.ff.ſi cert.pet. iuncta alia glo.in l.cert.condictio.eo.tit. Ita in terminis declarat Dec.in d.l.ſi Idem.§.vlt.col.ii.nu.7.& ibi Claud. Seyſſel.in verb. firmauerit.nu.7. accedat etiam ꝙ hæc poſterior opinio.pluribus rationi

tionibus fulcitur per glo. Ideo eam intelligitur approbare ſecundum glo.in d.l. qui filium.§. Sabinus.ff.ad Trebellian.ſed de his hactenus. nimis enim longo ſermone ſuper re tenui vſus mihi ipſe videor.

## I N D E X.


*Delegatio fit poſitis in dignitate,ſecundum ius canonicum,nu.1.14.*

*Secus de iure ciuili.nu.2.*

*Contra nu.3.& nu.11.*

*Verb.alii ſignificat ſimiles expreſsis,nu.4.*

*Delegati principis habent dignitatem nu.5.*

*Iudices delegantur iuriſperiti, nu.7.*

*Defenſores eliguntur ex honoratioribus ciuibus num.8.*

*Defenſores occupant locum iudicum,nu.8.*

*Magiſtratus dant tutores præſidis iuſſu nu.9.*

*Iudices delinquentes curia ſubmouentur nu.10.*

*Curia duplex.nu.10.*

*Iudices quaſi ſenatores curiæ ſunt,nu.10.*

*Indignum arbitratur princeps ꝙ uilis eum repræſentat.nu.11.& 19.*

*Priuatus.i.ſine magiſtratu.nu.12.*

*Priuatus.i.non illuſtris.nu.12.*

*Alex.defenditur a morſu Modern.nu.15.*

*Dicta doctorum intelligi debent ſecundum leges allegatas,nu.15.*

*Delegatio fit poſitis in dignitate ſecundum ius canonicum nu.16.*

*Fallit in canonicis.nu.16.*
*Fallit in cauſis profanis.nu.17.*
*Laico committi poſſunt cauſæ profanæ ab eccleſia num.17.*
*Correctio legum,& canonum vitanda eſt,nu.18.20.*

## CAP. II.

1 EX ſecūda parte glo.inter cætera colligitur ſub hoc titulo non tractari de eo, cui fit delegatio,quæ concluſio ab omnibus reprobatur per tex. in l. & ſi prætor. inf. eod.vbi apparet prætori,& ſi habenti magiſtratum cum imperio,mandari poſſe iuriſdictionē, ſed & priuato mandari poſſe oſtendit tex. in l. vlt.inf.eod.

2 Ex his colligit Alex.differentiam inter ius canonicum,& ciuile,nam ſecundum ius pontificiū fit delegatio in dignitate conſtitutis tantum,c. ſtatutum.de reſcript.lib.vi.& in Cle.ii.eod.tit. Sed iure ciuili iuriſdictio priuato mandari poteſt,d.l.vlt.inf.eo.& in l.præcipimus.C.de appell.& in Auct.eod.tit.§.illo,

3 Aduerte licet tranſeant Doct.cū opinione iſta, ꝙ iure ciuili non habeatur ratio dignitatis in delegationibus faciendis,tamen mihi videtur cōtrarium verius eſſe, & ꝙ Princeps regulariter deleget poſitis in dignitate aliqua,multis probatur exemplis,& iuribus. Pro qua ſententia primo adduco tex. in l.i. C.de Sportul.vbi recenſentur

ſentur

ſentur illi, quibus princeps cauſas delegat, illuſtres ſcilicet, & ſpectabiles & clariſsimi, qua ex re apparet, etiam in iure noſtro dignitatis rationem haberi in delegationibus faciendis.

4 Obſtat tamen tex. in eadem .l. ſecunda in verbo alios cum enim recenſuiſſet clariſsimos, poſtea ſubiecit & alios, quo uerbo ſignificari videntur alii diuerſi a primis. Reſponde ſignificari quidem diuerſos tamẽ ſimiles his, de quibus proxime facta ſuerat mentio, & ſic in aliqua dignitate conſtitutos qualis ſunt clariſsimi, & togati præfecturarum. nam uerb. alius proprie acceptum implicat ſimilia expreſsis glo. in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. Bald. in l. conuenticulam col. v. uer. c. iſtud not. C. de Epiſcopis, & cleric. Bald. & Sal. in d. l. ſi fugitiui Fel. in c. Sedes. col. pen. circa. med. nu. 6. de Reſcr. Soc. in cons. 300. li. ii. Ab. in c. officii de Pœnit, & re.

5 Ad Idem eſt tex. in aucten. de appella. i. §. illud & §. illo. ubi Imperator conſtituit tres gradus iudicum. inter quos reponit ſuos delegatos, & omnis hi ſunt in dignitate conſtituti, de quibus etiam loquitur tex. in l. a proconſulibus. & in l. ſi quando. C. de appell. quibus in locis cum agere de Principis delegatis ſemper præſupponitur eos eſſe in aliquo gradu trium dignitatum ſupra memoratarum alioquin non recte diſtinxiſſet gradus iudicum, ſi aliquos inferiores clariſsimis eſſe ſenſiſſet, ex quibus patet etiam iure ciuili principem delegare cauſas perſonis in dignitate conſtitutis tantum.

6 Ad idem eſt tex.in l.vnic. C.qui pro ſua iuriſd. ubi præſupponitur delegatum principis habere aliquam iuriſdictionem ordinariam, ſeu magiſtratum aliquem. dum vult, ꝙ etiam ſi cauſa delegata non pertineat ad ſuam iuriſdictionem.i. ad magiſtratus ſui iuriſdictionem. tamen iudicem dare poteſt.& appellatio ad eum deuoluitur d.l.vnic.

7 Suffragatur etiam huic opinioni tex.in aucten. de iudicibus. §. i. & §. ſeq.ubi pedanei iudices conſtituuntur iuris periti, viri rerum geſtarum vſu præclari. quibus princeps ipſe,& magiſtratus alii cauſas delegent,& ex eis aliqui ſunt maiores, ſcilicet illuſtres, alii minores, & ſic erat duplex curia iudicum, ſcilicet maiorum, & minorum l.exemplo C. de Decurio. lib.x. qui tamen omnes in aliqua erant dignitate conſtituti.

8 Ad idem eſt tex.in aucten.de defenſor. ciuit.§. interim ubi eliguntur ex incolis honoratiorib. ciuitatis defenſores, & præcipitur Præſidi ut eis cauſas deleget.iidemque in ciuitatibus locũ iudicum obtinent, intellige ſcilicet ſelectorum & pedaneorum iudicum;hi enim in paruis ſine ſpeciali delegatione occupant locum iudicum, quos delegatos, ſeu pedaneos uocamus.§. nos igitur.eo.tit.& §.deinde ubi abſolute iudicum obtinent ordinem,& in §.nulla.eo.tit.

9 Ad Idẽ eſt tex.in l.i.& l.iiii §. duas. ff.de dam. inf.ubi prætor delegat magiſtratibus,& inſt. de Attilian.tuto.§.ſed hodie, ubi præcipitur magiſtratibus.

giſtratibus,ut dent tutores vel ſoli interuenien te tamen præſidis iuſſu uel vna cùm Epiſcopo, uel defenſores id faciunt vna cum antiſtite, uel omnibus abſentibus decuriones.l. vbi abſunt. ff. de tuto.& curat. & ſic delegatio huiuſmodi, ſemper deuoluitur ad aliquem in dignitate conſtitutum.

10 Ad idem eſt tex.in l.ſi quis aliquid.ff. de pœnis §.iudices,ubi pedanei iudices ſi deliquerint curia ſubmouentur,igitur præſupponitur eos in curia fuiſſe,& conſtituiſſe curiam, & ſunt quaſi ſenatores curiæ.l.omnes. C. de Decurio . lib. x.horum curia erat duplex,maior ſcilicet,& minor d.l.exemplo C.de Decurio lib.x.quo exemplo Iuſtinianus iudices pedaneos,quos ipſe cõſtituit,biſariam diuiſit,et alios maiores,alios minores fecit. Aucten.de iudic.§.i.uerſ. quia vero.

11 Ex his manifeſte dignoſcitur Principem non facile committere cauſas perſonis nulla dignitate præditis,cui opinioni illud optime quadrat, quod in alio propoſito ſcribit hoc loco Dec.& in c.ſua nobis extra de appellatio.cum ait abſurdum uideri ꝙ princeps uices ſuas uilibus perſonis committat,quod quemadmodum indignũ arbitratur in Summo Pontifice eadem ratione ego idem exiſtimo indignum in Imperatore,& propterea concludo ſolere Principem conſtitutis in dignitate cauſas committere,cognoſcendas,& terminandas,quicquid alii dixerint.

12 Non obſtat tex.in l.vlt.inf.eo.in verb. priuato. Reſponde ibi agi de mandato iuriſdictionis, quod

quod fit a magiſtratu quæſtio concepta eſt, de Principis delegatione.

Secundo reſponde uerb. priuato interpretandum eſſe ideſt non illuſtri, vel ſine magiſtratu, qui tamen dignitatem aliquam habet, ſic accipitur in l. præcipimus. C. de appell. in verb. priuato. ubi tex. exponit priuatum. ideſt minorem illuſtri, tamen non eſt ſine dignitate, ſed erit uel ſpectabilis uel clariſsimus, & ita interpretatur tex. in ead. l. in §. huic ibi priuato non illuſtri. Sic etiam intellige tex. in auctent. de appellat. §. illo. verſ. ita tamẽ ibi quibus, & ſi priuati ſint Imperialis Maieſtas cauſas iniunxerit, & intellige priuatos, ideſt ſine magiſtratu, non tamen ſine dignitate ut ibi exponit glo. & in l. iii. ff. de offi. præſid. ſic accipitur priuatus in d. l. vlt. inf. eo. ut intelligatur ſine magiſtratu, non tamen ſine dignitate.

Quandoque ſuper hoc non eſt facienda difficultas quia tex. ille de iuriſdictione mandata a magiſtratu loquitur; quęſtio noſtra eſt cõcepta de Principis delegatione.

13 Non obſt. l. ii. in verb. quibuſdã aliis C. de ſportulis, dic ꝙ uerb. aliis ſignificat ſimiles expreſsis Bald. in l. conuenticula C. de Epiſcopis, & cler. & in l. ſi fugitiui. col. vlt. C. de ſeruis fugit. Fel. in c. ſedes col. pen. circa med. n. vi. de Reſcript.

14 Hæc, quę hactenus ſcripta ſunt, pertinẽt ad ius ciuile, quo iure controuerſum eſt an princeps deleget priuato. Cæterum iure Pontificio res eſt magis expeditam. quod adeo pro explorato

habuit

habuit Alex.ut ſcripſerit,eo iure delegationem nemini eſſe faciendam, niſi qui ſit in dignitate conſtitutus per tex. in d.c. ſtatutum de reſcript lib.vi.

15 Quidam tamen eum reprehendũt, quia inquiunt,etiam canonicis cathedralis eccleſiæ delegari poteſt,ut exprimit tex. in d. c.ſtatutũ, qui tamẽ non ſunt in dignitate collocati ſecundum Doct.in d.c.ſtatutum. Tamen non fuit reprehẽſioni dignus Alex,niſi cauillemur, nam loquitur Alex.ſecundum terminos de quibus in d.c. ſtatutum. Ideo ſecundum illud debuit intelligi arg. not. per Bart. in l. non ſolum.§, liberationis.ff.de lib.leg. Adde ꝙ Alex. ipſe ſe declarat, & remittit ad traditã in d.c.ſtatutũ, & ſic intelligitur eadem dicere,quæ ſcripta ſunt in d.c. ſtatutum,quia relatum eſt in referente l.aſſe toto. ff.de hered.inſtituen. Sed hæc omittamus quæ leuia ſunt,quæq; uix digna relatu mihi uidentur,niſi ab his qui nodum in ſcyrpo quærunt.

16 Quod attinet ad principalem articulum fac regulam iure Pontificio approbatam,ꝙ delegatio fieri non debet niſi conſtitutis in dignitate eccleſiaſtica.d.c.ſtatutum,de reſcript.lib.vi. Cl. ij.eo.tit.fallit in canonicis cathedralis eccleſiæ uel habentibus perſonatum d.c. ſtatutum.§.i. & ibi Doct.

17 Fallit ſecundo in cauſis profanis, quæ laico committuntur.c. ſua nobis de appellat & ibi Anto.But. & Ab. & alij quos eo loco recenſet Dec.& Nig.hic nũ.9.

Exi-

Exiſtimat tamen Dec. tex. in d.c. ſua nobis hodie non uigere, nec obſeruandum eſſe quia abrogatus eſt per tex. in d. cle. ii. de reſcript. & in d.c. ſtatutum, & propterea limitationem iſtam nō admittit. Saltem iure nouo.

18 Mihi placet ut limitatio recipiatur, quæ crebriore Doctorum ſuffragio comprobata eſt, vt uitetur legum correctio. arg. l. præcipimus in fi. C. de appellation. cui ſententiæ opitulatur tex. in c. te quidem. xi. q. iii. ubi præcipitur clericis ne ſe immiſceant ſecularibus negotiis, ne ue iudices ſint in cauſis prophanis. Ideo cauſæ huiuſmodi recte delegantur laicis, ne clerici a diuinis auocentur.

19 Obſtat tamen ſecundum Dec. quia indignum videtur Summū Ponteficem a laico repræſentari d.c. ſua nobis.

Reſponde abſurditatem huiuſmodi ceſſare, ex quo Pontifex ipſe hoc conſtituit. hanc eandem ſententiam comprobat Alex. in conſ. lxxvii. li. iii. ubi ſubiicit hoc idem receptum eſſe a Doctoribus maioris auctoritatis.

20 Mihi tamen placet prior ſententia, quæ frequẽtius eſt recepta, ſcilicet tex. in d.c. ſua nobis nō eſſe abrogatum, ſemper enim uitanda eſt legū correctio d. l. præcipimus, in fi. C. de appellatio. l. ſancimus C. de teſtam. nec per argumenta aut per ſubauditos, & tacitos intellectus inducenda eſt legum aut canonum correctio. glo. approbata in c. cupientes, §. iiq. ſi per. xx. de electio. lib. vi.

# *INDEX.*

*Delegatus Principis an dignior ordinario num.*1.*&* *ſic nu.*1.2.
*Vicegerens honoratur propter dominum nu.*2.
*Auctoritas noſtra repræſentatur per eum, qui vices noſtras gerit.nu.*2.
*Archidiaconus maior aliis poſt Epiſcopum.nu.*3.
*Delegatus repræſentat mandantem, nu.*4.*l. etiam. C.de appell.nu.*5.
*Imaginem principalis diſceptationis accipere, nu.* 4.*&* 5.
*Delegatus Principis non repreſentat Principem, num.*5.
*Delegatus fungitur uice delegantis,nu.*6.
*Delegatus in cauſa delegata ſuperior eſt, & maior illis, quorum cauſam ſuſcepit trutinandam nu.*7.
*Subrogatum ſæpe naturam ſurrogat.nu.*8.
*Vicarius dignitas ipſo nomine ſecum trahit præfecturæ portionem, & iudicationis principalis repræſentat reuerentiam,nu.*9.
*Offendens delegatum principis ipſum Principem uidetur offendere.nu.*10.
*Qui præſtantiorib. Imperat, ipſe honoratior eſt, nu.*11.
*Reuerentia debetur iusdicenti etiam a maiorib. qui ſubſunt eius iuriſdictioni nu.*11.

CAP.

## CAP. III.

1 QVæritur præterea an delegatus Principis ſit dignior ordinario, quod pleriſque viſum eſt, & ob id in decretalibus tit. de offi.dele. fuit prælatus titulo de offi.ordin. hæc opinio crebriore ſuffragio comprobata eſt, ut hic per Alex. & alios communiter. In hac quæſtione multa in vtramque partem adduci ſolent.

2 Pro communi primo adducitur tex.in c.vltim. xciii.diſt. Vbi Diaconus Vicegerens Metropolitani omnibus præfertur.

Secũdo ſuffragatur tex.in c.nobiliſsimus xcvii. diſtinc.quæ de Regis legato loquitur, & dicit. Vos in illo honorantes, & ſic in perſona Legati ſeu vicegerentis honoratur princeps.

Tertio facit tex. in c. i.xciiii. diſtinct. ibi noſtra per eum, cui præcipimus, repræſentatur auctoritas.

3 Quarto opitulatur tex.in c.ad hæc de offi. Archi. vbi archid.gerit uices Epiſcopi, & poſt illũ maior aliis habetur eadem ratione delegatus Principis cæteris omnibus honoratior eſt, prout princeps alios homines ſupereminet c. cuncta per mundum.ix.q.iii.

4 Quinto confert tex.in l.etiam eos C.de appell. ibi eos, qui imaginem principalis diſceptationis accipiunt, appellationum adminicula accipere

neceſſe

neceſſe eſt, qui tex. magnifit a Moder. Bonon. quia ſecundum eos probat euidenter, ex eo ꝙ delegatus repræſentat mandantem. qua repræſentatione attenta uidetur cæteris omnibus dignior etiam abſolute, & ſimpliciter, ſecundũ Decium, hic arg. c. cuncta. ix. q. iii.

5 Aduerte. ille tex. ſæpiſsime inculcatus a Mod. Bon. nihil facit ad propoſitum, ibi quæſtio proponitur de eo, cui cauſa fuerit commiſſa ad imaginem principalis diſceptationis tractãda, ideſt ſecundum morem ſacrarum conculcationum, hoc eſt abſque ulla dierum fatalium obſeruatione iuxta tex. in l. vlt. §. i. C. ubi Sena. uel clariſs. & in aucten. de appell. & intra quæ temp. §. ad hæc, & hoc eſt, quod dicitur accipere imaginem principalis diſceptationis, hoc eſt cauſa fuit cõmiſſa uentilãda eo modo, quo diſceptatur apud principem, deinde quæritur nũquid ab eo poſſit appellari, qui cauſam, in eum modum ſuſcepit diſceptandam, & reſponſum eſt ꝙ ſic, in d. l. etiam eos, ſed ꝙ delegatus Principis repręſentet eius imaginem, hoc non dicit tex. ille, nec loquitur de imagine perſonę, ſed de imagine diſceptationis, quicquid dicant mod. qui magnã, ex eo tex. in hac materia uenantur gloriam.

Ad rem principalem reuertendo pro communi facit tex. in l. i. §. qui mandatam inf. eo. vbi delegatus fungitur uice delegantis, & eius iuriſdictione. l. & ſi prætor, eo. tit. l. more & l. Solet. ff. de iur. om. iud. ſane iuriſdictio Principis omnes alios ſupereminet dignitate, & auctoritate

d.c. cuncta per mundum. ix. q.iii. ergo delegatus Principis alios ſupereminet.

7 Pro eadem opinione adducitur tex.in c. ſane de off.del.ibi cum in illa cauſa ſuperior eſt, & maior illis,quorum cauſam ſuſcepit terminandã, & in c.paſtoralis. §.quia uero eo.tit.vbi ordinarius tenetur obſequi delegato Pontificio, & in c.paſtoralis.§.præterea de off.ordin.ubi expreſſum eſt delegatum Pontificium ordinario eſſe maiorem,quibus ex iuribus uidetur clare apparere delegatum ordinario digniorem eſſe.

8 ¶ Suffragatur regula, q̃ ſubrogatus nanciſcitur naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.l.ſi eũ §. qui iniuriarum vbi Iaſ.ff.ſi quis cautio. Bartho. in l.1.§.hæc actio ff.ſi quis teſtam.liber eſſe iuſſ.fuer. Delegatus ſubrogatur in locum principis.c.ſane de offic.deleg.ubi delegatus Pontificis uices eius gerere dicitur, qui princeps omnium digniſsimus eſt, vt dixi ergo & eius ſubſtitutus, digniſsimus cenſendus eſt, per regulam de qua in d.§.qui iniuriarum.

9 Facit tex.in l.1. C.de offic. Vica. ubi Vicaria dignitas ipſo nomine ſecum trahit præfecturæ portionem, & iudicationis principalis repræſentat reuerentiam,

Aduerte tex. iſte in hac materia ſæpe adductus nihil facit ad propoſitum, quia loquitur de Vicario præfecti,quem conſtituit princeps,ut in l. 1.§.a præfecto ff.de leg.3.& in l.ultim. C. vt dignit.ordo ſerue.& habet iuriſdictionem ordinariam.non autem mandatam,di l.1. C.de offi. Vica,

d.l.vltim.in fi. C.vt digni ord.præterea,& d.l.i. colligitur eum, qui vices alterius gerit, minus dignum eſſe, agitur enim de præfecti Vicario, qui ſpectabilis eſt tantum, cum tamen præfectus ſit illuſtris.l.viros. C. de Palatin. lib. xii.l.ii. C.de appe.prefec. Vrb.eo.lib.l.præcipimus. C.de appell.l.de ordinario. C. de Præfec. præt. orien.l. vltim. C.de offi.com. Sacra largitio. l.non minus. C.de aſſeſſo. l. illuſtres. C.de mod. mulc. Vicarius autem eſt ſpectabilis.l.eos. C.de app.

10 ¶ Facit quod ſcribit hoc loco Claud. nu.4. vbi concludit eum, qui principis delegatum offendit in ſuæ iuriſdictionis exercitatione, Principé offendere cenſeri, quod etiam ante eum credidit Abb.in c.cum olim & in primo not. de offic. deleg.

11 Facit tex.in aucten.de defenſor ciuit.§. nos igitur vbi quo quiſque præſtantioribus imperant, tanto ipſe eſt honoratior, & in §. cognoſcét.eo. tit.ſanè delegatus imperat ordinario.c. paſtoralis.§.quia vero, & c.ſanè de offi.deleg.c.paſtoralis.§.præterea de offic.ordin.ergo &c.

Vltimo facit.l.nihil C.de Palatin.lib.xii. Iuſdicentibus debetur reuerentia etiam a maioribus qui ſubſunt iuriſdictioni eorum, ergo &c.hæc ſunt quæ pro communi adduci ſolent, ſequenti capite contrariæ opinionis fundamenta iaciam, ibi vide.

# I N D E X.

*Iuriſdictio amplior dignior eſt nu.1. declarat,nu.2.*
*Imperium maximum ſtare poteſt ſine maxima dignitate.num.4.*
*Dignitas poteſt eſſe ſine Imperio.nu.4.*
*Præſes omnia poteſt, tamen non habet ſupremam dignitatem.nu.5.*
*Dignitatem maximam habens paret quandoque habenti minorem nu.5.*
*Ordinarius gerit uices Principis, & legis. num.6. Imo non 7.*
*Princeps lex uiua.nu.6.*
*Legatus gerit vices Papæ,nu.4.*
*Iuriſdictionis augumento honoratur quis:nu. 6.*
*Ordinarius habet iuriſdictionem propriam nu. 8.*
*Dignior eſt qui ex propria perſona fulget, quã qui ex aliena,nu.8.*
*Illuſtris fert ſententiam per alium nu.9.*
*Dignitas qualis ſit dignoſcitur ex regulis quibuſdã nu.10.*
*Comparatio non cadit in non ente nu.10.*
*Ordinarius illuſtris litigat per procuratorem.nu.11.*
*Dignitas in delegato qualis ſit,ſpectatur,non qualitas cauſæ.nu.12.*
*Præfectus dignior quocumque delegato.nu.12.*
*A ſententia præfecti prætorio nõ appellatur.nu. 13.*
*Præfecturæ dignitas cæteris omnib. anteſtat.n.13.*
*Appellatio adſcendit a minore ad maius nu.14.*
*Superiores delegatis reperiantur,nu.15.*

*Delegatio*

*Delegatio non auget dignitatem.nu.16.*
*Pedanei Principis habent inferius ſubſellium.n.17.*
*Dignior primo loco ponendus eſt.nu.18.*
*Delegatus extraordinarius eſt.nu.18.*
*Dignior eſt qui illuſtrem peregerit adminiſtrationẽ nu.18.*

## CAP. IIII.

1 SVpereſt vt contrariæ opinionis fundamenta iaciantur, quibus nituntur hi, qui ordinarium magiſtratum de legato Principis digniorem eſſe arbitrantur, pro qua opinione Adducitur primo vulgatũ illud, ꝙ iuriſdictio ordinarii amplior eſt, ſeu latior, & plenior quã iudicis delegati. ergo & dignior iuxta. gl in c. in nouo. xxxi. diſt. gl. in c. i. de inueſt. in marit. fact. & ibi Bal. not. & iuxta illud Saluſt. maximã gloriã in maximo Impio poſuere.

2 Dec. reſpondet argumentum procedere quando vtraque iuriſdictio ab eodem manat fonte, & ſic terminis paribus: tunc enim amplitudo auget dignitatẽ aucten. de defenſor ciuit. §. nos igitur. Aucten. conſtitutio. quæ de dignit. §. i. ſecus in caſu noſtro, in quo alter iuriſdictionem a lege habet, alter a Principe, quamobrem delegatus Principis ex eius perſona dignior eſt habendus. ſecundum Dec. per tex. in c. ſane de offic. deleg. & in c. per tuas de maio. & obed.

3 Replicatur ad hoc, ꝙ uterque a Principe po-

teſtatem habet, ideo remanet argumentum illęſum, quod autem ordinarius habeat à Principe iuriſdictionem, probat tex.in l.i. ff.ad l. Iul.de ui. pub. vbi cura exercendorum magiſtratuum. pertinet ad principem, & in c.i. quæ ſint regul. & in l.vltim. C. vt dignit.ord.ſeruet. lib.xii & ſic tollitur reſponſio Decii.

4 Alia ratione non procedit argumentum, quia non ſequitur, quis habet amplum, & maximũ Imperiũ, ergo & dignitatem habet maximam; exemplum in proconſule qui pleniſsimam habet iuriſdictionem.l.ſi in aliquam.§.vltim, & l. ſeq.ff.de offi.procon. Tamen eſt ſpectabilis tãtum.l.præcipimus. C.de app.& in auct. De appell.§.illo & conſul, qui paruam habet iuriſdictionem, l.i.ff.de offi. con. longe eo dignior eſt l.i. C.de conſulib.lib.xii.

5 Exemplum eſt etiam in præſide, qui poteſt omnia l.iiii. & l.de omnibus, & l. ſeq.ff. de offic. præſid.tamen non habet æqualem dignitatem ſed eſt clariſsimus tãtum l.i. C. de priuat. carc. l.i. C.de ui.public.gl.in Rub. ff.de offi. præſid. ad hoc confert tex.in l. iii.in fi. cum l.ſeq.ff.de arb.ubi quis poteſt habere maximam dignitatem ſine Imperio, & paret habenti Imperium, & eſt exemplum in.l.ſi quando C. de appell.& ex his tollitur argumentum, quod quibuſdam viſum eſt irrefragabile.

6 Secundo hanc opinionem fulcit, quia ordinarius gerit vices Principis, & per conſequens etiam legis, quia princeps eſt lex animata in ter

ris

ris.§.vltimi.in auĉten.de conſulib.eſt enim imperator lex uiua, a quo prouenient omnes dignitates, imò etiam repræſentat ipſum Principem, c.mandata de præſump.ubi ordinarius gerit vices Summi Pontificis in tota Sicilia, & in c.cum venerabilis de conſuetu.ubi legatus, qui habet iuriſdictionem ordinariam, gerit vices Papæ quibus in locis, de his agitur, qui vices Papę gerunt, & habent iuriſdictionem ordinariam, vt ipſis perinde obediatur, ac Papæ, & hoc caſu iuriſdictionis augumento honoratur quis, auĉten.de præſid. Piſid. §.quemadmodum, qua igitur ratione dignum reputamus delegatũ Principis, quia ſcilicet repræſentat Principem, eadẽ ratione dignum reputabimus ordinarium, quia ſcilicet repræſentat Principem, qui dedit magiſtratum. & iuriſdictionem.l.i.ff.ad l. Iul.de ambitu c.i.quæ ſint.reg.l.vltim.in fin. C.ut digni. ord.ſeruet.

7 Dec.negát, ꝙ ordinarius repræſentet Principẽ, quia habet iuriſdictionem a principe.l. & quia ff.de iuriſ.omn.iud.quod tamen negari non poteſt per tex.in d.c.mandata de præſump. & in c. cum venerabilis de conſuetu.idẽ dico de Summi Pontificis legato, qui a latere nuncupatur, nam & is gerit vices Pontificis c.ſtuduiſti, & c. volentis de offic.leg.

8 Quarto ordinarius habet iuriſdictionem propriam a lege.l. & quia.ff.de iuriſ.omn.iud.delegatus habet alienam l.i.§. qui mandatam infr. eo.l. & ſi prætor, eo.tit.ſane dignior eſt, qui ex

perſona ſuá fulget, q̃ qui ex aliena l. ii. ff. de Senato. l. quod Principi. ff. de leg. ſecundò cũ ſeq. Argumentum procederet, ſi vtriuſq; par eſſet fulgor, ſecus ſi ſit impar, vt hic præſupponitur. Secundo argumentum procedit in eo, cui mandata eſt iuriſdictio, is enim habet alienam, ut ſupra quęſtio eſt de delegato principis, qui habet iure ſuo, & immediate. l. & quia ff. de iuriſdic. om. iud.

9 Quinto Illuſtris põt ferre ſententiã p miniſtrũ & hoc ex prærogatiua dignitatis. l. ii. C. de ſenten. ex breui. recit. c. vlti. de re iudic. li. vi. In delegato ſecus eſt l. vltim. C. de ſenten. breui. recit.

10 Sexto qualis ſit dignitas cuiuſpiam, dignoſcitur ex regulis, quas tradit Bart. in l. i. C. de dignit. lib. xii. Abb. in c. de multa de præben. ſane nulla regula dignitatum cõuenit delegato principis, nomen enim ipſius non eſt dignitatis nõmen, nec loco dignitatis reputatur, ſed potius officium dicitur, ſecundum Docto. in rub. de offic. deleg. & hic, & eſt officium temporale, non perpetuum c. in cauſis de offic. deleg. quibus rationibus ſecundum Bero. in d. rub. uidetur concludendum delegatum Principis nullã habere dignitatem, cum igitur nullam habeat dignitatem, fruſtra quæritur, an ſit dignior altero, quia nõ entis nullæ ſunt qualitates, l. ii. ff. de vſufruc. & ubi non eſt poſitiuum ibi non cadit comparatio, Bart. in l. legata inutiliter. ff. de leg. i. Bart. in l. ſi tibi pure ff. de leg. iii. & ſic dici nõ poteſt eum eſſe digniorem ordinario.

Septimo

11 Septimo ordinarius illuſtris litigat per procuratorem, ut honor illi conſeruetur l. ult. C. ubi ſenten. uel claris. l. ſi quando C. de iniur. & in auctẽn. vt ab illuſtribus. §. i. l. quicumque C. de procu. l. tunc conuenit. C. de accu.

Delegatus autem per ſe litigat, nec ſedet cum iudicibus, arg. no. per glo. in l. a diuo Pio ff. de re iudic.

Reſponderi poteſt priuilegium huiuſmodi illuſtribus indiſcriminatim datum eſſe, ſiue ſint ordinarii, ſiue delegati ſiue etiam otioſi, ideo argumentum non procedit.

12 Octauo qualitas cauſæ non ſpectatur in delegato, ſed dignitas, qua ipſe fulget, & talis habetur l. præcipimus. C. de appell. l. ſi quando eo. tit. igitur ſi nullam habeat dignitatem non erit habendus in conſideratione dignitatis.

Negari deniq; non poteſt quin præfectus ſit dignior quocũque delegato, quod ſic oſtenditur.

13 ¶ A ſententia præfecti prætorio non appellatur l. a proconſulibus C. de appell. l. i. in fi. ff. de offic. præfec. præt. & hoc ex priuilegio dignitatis conceditur. d. l. i. in fi. a delegato omni appellatur. l. præcipimus C. de appell. l. etiã eos eo. tit. Auctẽn. de appell. §. illud, & §. illo ergo præfectus, qui ordinarius eſt, delegato eſt dignior.

Secundo probatur, quia præfecturæ dignitas cæteris omnibus anteſtat l. i. C. de offic. Vicar. l. i. C. de offi. præfec. vrb. ergo præfertur delegato, quia ante primum nihil eſt. §. in reliqua in proem. digeſt.

14 Tertio dignoſcitur ex alio, appellatio aſcendit à minori ad maius tribunal, aucten. de appella. §. illo, & l. præcipimus C. e. ti. ſane ſi appellatur a principis delegato, qui non ſit ſpectabilis, appellabitur ad Ducem, & ad proconſulem d. §. de illo, & d. l. præcipimus, ergo Dux. & procõſul, & ſimiles ordinarii digniores ſunt delegato Principis.

15 Decimo facit c. paſtoralis in princ. in uerb. ſuperioribus de offic. deleg. vbi delegatus Pontificius poteſt ſubdelegare etiam ſuperioribus, & dicitur ibique ſi uelit ſuperiores cogere ad ſuſcipiendum mandatum, debet in cautionem inferenda eorum dignitati deferre, ac perſonæ, glo. ibi intelligit ſuperiores eos, qui dignitate ſunt, maiores, & ſic delegatus eſt potentior imperio, ſed inferior dignitate ordinario, cui committit cauſam exequendam facit. l. iii. in fi. & l. ſeq. ff. de arb.

Et ex his optime probatur delegatum etiam quando exequitur iuriſdictionem ſuam minus dignum ordinario eſſe; nam exequendo defert eius dignitati, & ſic exequendo illum honorat, & colit, ut eſt expræſſum in d. c. paſtoralis.

16 Vndecimo facit l. ſi quãdo C. de appell. ex quo apparet ꝙ delegatio non auget dignitatem, ſed qualis erat in magiſtratu ante delegationem, talis cenſetur poſt delegationem d. l. ſi quando & in aucten. de appell. §. illo vbi Duci fuit facta delegatio, appellabitur ab eo tamquam a Duce ad præfectum illuſtrem, ad quem etiam appellaretur,

tur, ſi iure ordinario ſententiam tuliſſet, igitur delegatio nõ auxit dignitatem Ducis, alioquin appellandum erat ad Principem d.l. præcipimus, cum itaque delegatio non augeat dignitatem multo minus dabit non habenti.

17 ¶ Vltimo pedanei iudices, qui ſunt Principis delegati, habent inferius ſubſellium Auct. en t. de iudicibus. in princ. l. vlt. C. de ped. l. Imperatores. §. i. de appella. ergo minus digni. per l. i. C. de offic. præfec. urb. vbi inferior gradus meritum ſuperioris debet agnoſcere l. i. C. de offic. Vicar.

18 ¶ Denique dignior eſt primo loco ponendus qui illuſtrem peregerit adminiſtrationem. l. ii. in princ. C. ut digni. ordo. ſeruet. Adminiſtratores autem dicuntur hi, quibus princeps aliquid ordinariæ iuriſdictiõis iniunxerit, d. l. ii. §. & inter C. ut digni. ord. ſeruet. in quo aduerte ꝙ is, cui princeps aliquid indulſerit extraordinariæ iuriſdictionis, non intelligitur eſſe in numero adminiſtratorum, d. l. vltim. Item ſi dignitas commiſſa, non ſit illuſtris, non ſedebit in primo loco, ſed ſecundum ordinem, de quo in d. l. ii. ex hoc ſequitur, ꝙ delegatus, qui extraordinarius eſt, l. ſi quando C. de dil. non autem adminiſtrator, nec illuſtris non erit primo loco ponendus, & per conſequens non erit dignior aliis, qui ordinariam habent iuriſdictionem, & ſic tranſeo cum hac opinione, licet Doctor. communiter teneant contrarium, ſupereſt ut tollantur ea, quæ pro communi adducta fuerunt, quæ in caput

put ſubſequens examinanda reiicio ſatietatis vitandæ gratia.

## I N D E X.

*Archidiaconus a lege eſt Vicarius Epiſcopi*.2.
*Dignitatem habet qui ordinariam habet iuriſdictionem.nu*.2.11.
*Mandatam habens iuriſdictionem non eſt ſubſtitutus in dignitate.nu*.3.
*Delegatus nullam dignitatem habet ex delegatione num*.5.
*Ordinarius gerit uices Principis.nu*.7.
*Maior quis eſſe poteſt reſpectu Imperii, minor tamẽ dignitate nu*.6.
*Repreſentatio limitata limitatum producit effectũ. nu*.8.
*Honor idem procuratori ſeu tutori non exhibetur. quidnam.nu*.8.
*Præfecto non eſt æqualis Vicarius nu*.8.
*Subrogatum quando ſapiat naturam ſubrogantis. nu*.9.
*Magiſtratum offendens Principem offendere dicitur.num*.10.
*Delegatus exequẽs exhibet honorem ordinario num*.11.
*Dignitate inferior quandoque maior eſt Imperio, num*.13.

C A P.

# C A P. V.

1 RETENTA opinione ꝙ ordinarius ſit dignior iudice delegato Principis, ſupereſt, vt reſpondeatur ad contraria, quibus ſublatis, firma manebit concluſio noſtra; itaque non obſtat tex. in c. vlt. xciii diſtinc. & c. i. xciiii. diſtinc. & d. c. nobiliſsimus. xcvii. diſtinct. Ad hæc dabitur reſponſum paulo infra quando de regula ſubrogati agetur,

2 Non obſt. d. c. ad hæc de offi. archi. Reſpon. deciſionem illam procedere in archidiacono, qui eſt a lege ſubſtitutus, ſeu Vicarius factus, & habet ordinariam iuriſdictioné perpetuam, Dec. in rub. extra eo.

Sane qui habet ordinariam iuriſdictionem dignitate nõ caret, d. l. vlt. circa fi. C. vt digni. ord. ſeruet. lib. xii. maxime ſi ſit perpetua, ut per Bart. in l. i. C. de Digni. lib. xii. quæſtio noſtra eſt concepta de iudice delegato, qui nullam habet dignitatem, niſi aliunde, q̃ ex delegatione eam nactus fuerit, d. l. ſi quando. C. de appell.

3 Non obſt. l. i. §. qui mandatam infra eo. cum ait, ꝙ fungitur vice mãdantis, & ſic gerit vices eius intellige hoc procedere reſpectu iuriſdictionis, ſeu auctoritatis eum enim repræſentat, a quo iuriſdictionem habet, ſed quo ad dignitatem ſecus eſt, quia non eſt ſubſtitutus in dignitate, & ſic limitata cauſa ſubſtitutionis limitatum producit effectum. l. cancellauerat, ff. de his quæ

in teſt.delen. Dec.in conſi.cccxciiii.col.ii. verſ. quantum autem ad alia Paris.conſi.xli.col.penul.nu.77.lib.iii. Tiraquel.in tract.cauſa ceſſante par.i.nu.147.

¶ Secundo reſpõdetur ꝙ tex.in d.l.i.§.qui mãdatam cum ſimil. loquitur de eo, cui mandata eſt iuriſdictio,qui habet tribunal mandantis c. Romana de appell.lib.vi.quæſtio eſt concepta de Principis delegato,qui non habet idem tribunal,prout facile dignoſci poteſt ex ordine appellationum.

4 Non obſt.c.ſane de offic. deleg. & c.paſtoralis & §.præterea de offic.ord.

Reſpondetur ſecundum Mod.delegatum cenſere maiorem reſpectu cauſæ delegatæ, & hoc nemo negat,quia in cauſa ſibi commiſſa ſit maior omnibus magiſtratibus, & dignior, & in hoc non cadit comparatio ulla ſecundum Mod. ſed reſpectu cauſarum,quæ ordinario competunt,non dicitur dignior etiam in cauſa commiſſa, ita reſident Mod. Bono. col. xvii.circa med.nu.23.

5 Mihi videtur ꝙ etiam reſpectu illius cauſæ nõ ſit dignior, quia nullã habet dignitatem ex delegatione,vt ſæpe dixi.per l.ſi quando C. de appell.& non entis nullæ ſunt qualitates l.ii.ff.de Vſufruc.& non cadit comparatio, ubi non eſt poſitiuum, Bart.in l.legata inutiliter.ff. de leg. primo Bart.in l.ſi tibi pure de leg.iii.

6 Non obſtat ꝙ ſit maior vel ſuperior iſtud eſt reſpectu Imperij,non dignitatis,quod eſſe poteſt

l.iii.

l.iii. in fin. ff.de arbi. c. paſtoralis in princip.in rub.ſuperior de offic.deleg.probat.tex. in c. ſignificaſti in verb.auctoritate noſtra de offi.deleg.& in d.c.paſtoralis.§.prætereа de offic. ord. delegatio appellatur onus,niſi habeat magiſtratum,quia bene dicitur habere honorem,

7 Non obſtat ꝙ delegatus gerit vices Principis, & eum repræſentat c.ſane de offic. deleg. l. etiā C.de appell.

Reſpondeo idem eſſe in ordinario c. mandata de præſump.c. cum uenerabilis de conſuet.l.i. ff.ad l.Iul.de amb.& tunc maior adminiſtratio auget dignitatem ordinarii. §. quemadmodum in aucten.de præſide Piſid.in nouell. & in aucten.de defenſor.§.i.

8 Secundo Dic ꝙ repræſentatio iſta eſt limitata, & numquam eſt integra,ſed eſt reſpectu poteſtatis tantum,non autem dignitatis reſpectu dicitur gerere vices,& ea,quæ pertinent ad auctoritatem,ſeu ad poteſtatem,nihil faciunt ad quęſtionem propoſitam, in qua de dignitate agitur.

Tertio reſpondetur,procuratori,aut tutori,aut curatori numquam exhiberi eundem honorem,qui domino ſolet exhiberi.l. ſed & ſi hac §. vltim. ff.de iniur. uerſand.l.licet. §.vltim.ff. de obſe.liber. cui optime quadrat textus.in l.i. C. de offic. Vicar. ubi Vicarius præfecti, qui ordinarius eſt,& repræſentat præfectum, imo etiam repræſentat reuerentiam iudicationis Principis, tamen quo ad dignitatem non eſt æqualis

æqualis præfecto, ut ibi ait tex. & in l. a procóſs
C. de appell. & l. præcipimus eo. tit.
9 Non obſtat regula de ſubrogato. Reſpóde eum locum non habere, niſi omnino & in totũ fiat ſubrogatio, Paul. Caſt. & Alex. & Imol. in l. i. ff. de leg. i. Ita procedit tex. in c. vlt. xciii. diſtinct. et c. i. xciiii. diſtinct. & in c. nobiliſsimus xcvii. diſtinct. cum ſimil. in terminis noſtris fit ſubrogatio particularis, quo ad iudicandum, nõ autem quo ad dignitatem, ideo recte dici poteſt, ꝙ limitata ſubrogatio limitatum producat effectum. l. in agris. ff. de acq. rerum dom. l. cancellauerat ff. de his, quę in teſtam. delen. & de limitata cauſa ſubſtitutionis loquitur Dec. in conſ. cccxciiii. col. ii. & Paris. cons. xli. col. penult. nu. 11. lib. iii.
10 Non obſtat l. i. C. de offi. Vic.
Primo dic ꝙ ille eſt ordinarius ſecũdũ Docto. Secundo retorquetur ille tex. ibi uide, non obſtat ꝙ offendens delegatum offendit Principé. Reſpondeo poſito ꝙ hoc ſit uerum, idem eſt in eo, qui magiſtratũ offendit l. i. ff. ad l. Iul. maieſ. Non obſtat. l. nihil C. de Palatin. lib. xii. & in aucten. de defens. ciuit. §. nos igitur & §. cognoſcent.
11 Reſpóde procedere in magiſtratibus, hi enim qui habent ordinariam iuriſdictionem habent & dignitatem. l. vltim. in fi. C. vt digni. ord. ſeruet. & dicitur habere honorem, c. paſtoralis. §. præterea de offic. deleg. ſed delegato etiam impetranti & exequenti commiſsionem ſibi datam, non exhibetur honor, ſed ex aduerſo ipſe delegatus,

gatus, etiam quando exequitur, & coertione vtitur, ſuperiori dignitati tribuit, ſeu defert, vt eſt expreſſum in c. paſtoralis in princ. De offic. deleg. quod cum in circularibus diſputationibus agitaretur, memini diſplicuiſſe Reuerendo Melagonellæ canonico Piſano, cui Summus Pontifex ob eruditionem non uulgarem, & integritatem cauſas committit iudicandas.

12 Ne tamen cuiquam mirum hoc uideatur libuit ſubiicere exemplum rude, & uulgare, Hoſtiariū cubiculi Principis Ianuæ præpoſitum eſſe, q quos placet intra cubiculū admittit, alios reiicit, ſi forte ad eum accedat iuriſconſultus, aut eques ad Principem ingreſſurus, is ſtatim obuiam ſe offert, & detecto capite ac venerabundus eos admonet, vt abſtineant ab ingreſſu, ſi forte quis ex his equitibus ita ſit parum ſani capitis, vt eo inuito velit ingredi, hoſtiarius eum reiicit, & ui adhibita contumeliis, & verberibus affectum arcet a cubiculo, & caſtigat petulantem hominē, & ſic hoſtiarius, qui dignitate inferior eſt equitibus, & iuriſconſultis, eis quidem honorem exhibet.

13 ¶ Tamen nimis ſibi arrogantes caſtigat, ex quo facile apparet fieri poſſe, vt quis ſcit auctoritate maior, dignitate tamen inferior, ut eſt expræſſū in l. iii. in fin. & l. ſeq. ff. de arb. quod & in delegato facile admitti poteſt, & eſt veriſimile, q ſi forte delegationis prætextu canonicus quiſpiam Reuerendiſsimū Archiepiſcopum coercere velit, id uenerabundus faciet, eum enim

adhibet,

adibet, & detecto capite rogabit ut pareat man datis Pontificalibus; alioqui ignoſcat ſibi officium ſuum exequenti, & ita petendo veniam, & ſe excuſando coercebit, quod ego ſeruari uidi, & hoc mihi probat, tex. in d. c. paſtoralis in princ. de offic. deleg. patet etiam ex auct. ut omnes obed. iudicibus per totum.

I N D E X.

*Ordinarius an maiorem habeat iuriſdictionẽ quàm delegatus principis. nu.* 1. 2.
*Delegatus maior eſt ordinario, in cauſa delegata, nu.* 1. 2.
*Ordinarius nulliter iudicans, poteſt iterum iudicare ſecus in delegato. nu.* 3. 4.
*Delegatus, cum iudicauit, functus eſt officio ſuo. nu.* 5. *immo non nu,* 15.
*L. ſi ut proponis c. quomodo & quando iud. num.* 9. 10. & 11.
*Iudex datus an ſine cauſa reuocari poſſit nu.* 11.
*Imperitia eſt iuſta cauſa abrogandi iudicem, nu.* 10. & 12. 13.
*Munus uni iniunctum non poteſt in alium transferri. nu.* 12.
*Sententia nulla non eſt ſententia. nu.* 15.

C A P.

## CAP V I.

1 ALia ſuboritur quæſtio an ſcilicet iudex ordinarius ſit maior, & po tentior, ac firmiorem habeat iu- riſdictionem, quam Principis de legatus, hæc quæſtio eam affert vtilitatem, ut intelligamus quales, & quantæ ſint differentiæ inter delegatum Principis,& iu dicem ordinarium, Docto. communiter tenēt ꝙ iuriſdictio ordinarii magiſtratus ſit maior; & firmior,vt hic per Alex.& alios.

¶ Aduerte non eſt dubium eum maiorem eſſe, &potentiorem reſpectu magnitudinis,& multitudinis cauſarum,quæ competunt ordinario magiſtratui, ſed quo ad cauſam illam maior eſt,& ſuperior delegatus, habet enim plenam poteſtatem.c.præterea de offic.deleg. & eſt ſuperior,& maior cæteris,c.ſane in princ. de offi. delega.& ordinarios iudices coercere poteſt c. ſignificaſti eo.tit.c.ex literis eo. tit.adeo ut nec legatus poſsit in ea ſe intromittere,c.ii.de offic. leg. quia delegatus eſt maior ordinario quantum ad cauſam ſibi commiſſam,c. paſtoralis.§. præterea de offic.ordin.

2 Quod intelligo durante delegatione, & in his tantum,quæ cauſam,ipſam ſpectant,& hæc nō eſt proprie comparatio a non ente ad ens,exempta eſt enim cauſa a manibus ordinarii, & ſic nullam habet in ea poteſtatem, d.c.ii.de offic. leg.& eſt improprie comparatio,ſi tamen quæ-

ramus, an præſuppoſito ꝙ cauſa nulli ſit delegata, ſit potentior in ea quam ſit delegatus tempore, quo ſimilis cauſa delegabitur, & vter eorũ habeat firmiorem iuriſdictionem, patebit ex differentiis inter utrũque explicandis, quarum cognitio non erit inutilis, ideo eas ſubiicere placuit.

3 Differunt primo in hoc, ꝙ iudex ordinarius, qui tulit ſententiam inualidam, iterum poteſt utiliter iudicare, delegatus non poteſt, de ordinario eſt tex. in l. ſi præſes. C. quomodo & quãdo iud. ubi pręſes qui cauſam appellationis cõtra minores indefenſos circũduxit, quaſi deſertam. i. cancellauit, iterum aditus notionem ſuã exhibet, & ſic iterum cognoſcit, & in l. iiii. C. de accuſ. ubi præſes qui reum criminis accuſatore non citato, cauſa non cognita abſoluerat, iterum de eodem crimine cognoſcere poteſt, hoc idem tradit Bald. in l. ſi ut pręponas. C. quo modo & quando iudex.

4 De iudice delegato, ꝙ iterum iudicare non poſſit eſt tex. in d. l. ſicut proponas, vbi iudex delegatus ſententiam tulit die feriato abſente parte, laudatur præſes, qui negotium huiuſmodi alterius iuriſdictioni terminãdum commiſit, ex quo tex. facile, apparet ſecundum Docto. iudicem datum, qui ſemel iudicauit nulliter, non poſſe amplius iudicare, quia ſemel functus eſt officio ſuo, ideo amplius non iudicat. l. iudex poſtea quam. ff. de re iud. & ibi glo. & Bart. qui tex. locum habet in quocumque iudice dato

etiam

etiam ſi a Principe delegatus fuerit; ſimpliciter enim loquitur de iudice dato, nec diſtinguit a quo datus fuerit. Iccirco intelligemus eam deciſionem habere locum in quibuſcũque iudicibus datis ſecundum Alex. hoc loco, & ibi Bald. & hoc admittunt communiter Doct.

5 Ratio illa adducitur, quia iudex datus, poſteaq̃ tulit ſentẽtiam, definit, eſſe iudex, ſiue bene, ſiue male iudicauerit, eſt. n. functus officio ſuo, d. l. iudex, ex qua differentia apparet firmiorem eſſe iuriſdictionem ordinarii, quam iudicis delegati, Lancell. Dec. negat hanc differentiã probari ex d. l. ſi ut proponis. C. quomodo, & quãdo iud. quia text. ille ſecundum eum loquitur de iudice, quem præſes dedit, non autem de eo, quem princeps delegauit, & hoc oſtendunt verba legis, cum ait denuo commiſit. i. rurſus cõmiſit præſes quo ſenſu recepto, apparet etiam primam commiſsionem a præſide factam fuiſſe, tollit deinde obiectum idem Lãcel. & ait uerb. denuo referri ad commiſsionem, nõ autem ad præſidem, & ſic hæc eſt ſecunda commiſsio cauſæ, non tamen ambæ a præſide factæ ſunt. 8

6 Hæc interpretatio reiicienda eſt, quia ſi dicimus, ꝙ denuo commiſit, fateri oportet præſidẽ denuo commiſiſſe, quia uerbum commiſit ad præſidem refertur, & ſic tam prima quàm ſecũda uice pręſes commiſit cauſam, Melius dic verbũ denuo referri debere ad uerb. terminãdam & ſic præſes commiſit negotium denuo terminandum, quo ſenſu admiſſo non poteſt appare-

re,a quo fuerit datus primus iudex, & ſic poterit intelligi etiã de eo, quem princeps dederit.
7 ¶ Aduerte tamẽ impoſsibile eſſe quod intelligamus de iudice a Principe delegato,quia in cauſa per Principem delegata, non poteſt ordinarius ſe intormittere. Auđen. de iudicibus.§. ſi quis auđen.c.i.de offic.deleg.facit tex.in l.aduerſus, C.ſi aduerſus rem iud. Roman.'conſ. cccxxxv. Dec.in c.ult.noſtrum in primo not. De appell. vbi enim princeps manuum appoſuit, cauſa nõ poteſt ad inferiorem reuerti,ſine permiſſu principis,ne alioqui eius poteſtas illudatur c. bonæ memoriæ ii de poſtulan. prælat. Nig.hic col.8. ante med.nu.16.& ꝙ de iudice per ordinarium dato loquatur tex.ille putat Ang. in d.l. poſtq̃. & ita concludendum eſt tex.in d.l.ſi ut proponis loqui de iudice,quem præſes dederit, non autem de eo quem princeps delegauit, Alex. tamen alio argumento defendit concluſionem.
8 ¶ Nã(inquit)ratio,quæ militat in iudice dato a præſide,militat etiam in iudice,quem princeps delegauerit,nec poteſt adduci ratio differentiæ, ſecundum Alex.& ſic deciſum in iudice dato a magiſtratu, habebit etiam locum in eo, quem princeps delegauit ſecundum Alex.Ratio autem propter quam iudex datus,qui ſemel iudicauit,amplius non iudicat,'ea aſsignatur', quia definit eſſe iudex,ſiue bene,ſiue male iudicauit. d.l.iudex poſteaq̃.ff.de re iudic.quæ ratio militat etiam in delegato Principis, nam ipſe quoq; habet iudicãdi facultatem,l.vlt.C.ubi, & apud

quem

quem. Ideo cum primum iudicauit dicitur functus officio, & propterea amplius non ſe intromittit.

9 Dec.in c.in litteris de offic.deleg.col.2.nu.5.aliter intelligit hunc tex.nam admittit ꝙ in d.l.ſi ut proponis, iudex primus amplius ſe nō intromittat, non ea ratione quia functus fuerit officio ſuo, ſed quia præſes alteri delegauit, & ſic trāſtulit in alium poteſtatem primo iudici datam, iuxta tex.in l.iudicium ſoluitur ff.de iudic. cæterum inquit, Dec.ſi non fuiſſet cauſa alteri delegata, non negat tex. quin potuerit primus iudex iterum iudicare, quare autem fuerit adépta hæc poteſtás explicat hoc loco ante, & putat illi ademptam fuiſſe facultatem iudicandi, quia factus fuit ſuſpectus, ob id ꝙ abſentem habuit pro contumace, qui nō erat, & ſpreta legũ auctoritate die feriato ſententiam protulit contra l.dies feſtos C.de feriis.

10 Quod non admittunt hoc locò Mod. Bon. nu. 30.quia(inquit)etiam ſine cauſa potuit præſes primo iudici adimere facultatem iudicandi.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic.ideo ſfruſtra ibi fuit dubitatum, an ſubeſſet iuſta cauſa abrogandi iudicem, & alium ſubſtituendi. Puto ego eo loco tractari de cauſa adimendi facultatem primo iudici, & hoc mihi ſignificat tex.in d.l.ſi ut proponis in uerb. non immerito, quo ex uerbo apparet ex cauſa iuſta fuiſſe ademptam primo iudici poteſtatem iudicandi & in aliũ fuiſſe translatã.

11 ¶ Cum itaque dicat tex. non immerito fuiſſe

alterum iudicem ſubſtitutum, clare patet ibi dubitatum fuiſſe, an illa imperitia iudicandi iuſtam præbuerit cauſam dandi nouum iudicem, alioqui uerba non immerito ſuperfluunt, & ocioſa ſunt.

12 Non obſtat. quod ex aduerſo dicitur poſſe ſcilicet ex arbitrio, & ſine cauſa, adimi iudici dato facultatem iudicandi, per tex. in d. l. iudicium ſoluitur ff. de iud. nam hoc ego non admitto, equidem fateor ꝙ uetante eo, qui iudicem dedit, ſoluitur iudicium d. l. iudicium. tamen ſine cauſa non debet uetare, arg. l. ſolent. §. ſicut. ff. de offi. proconſ. Accedat ꝙ hoc eſt munus publicum ꝙ ciues etiam inuiti obire tenentur. l. ult. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. l. munus proprie. ff. de verb. ſignifi. Ideo non debet munus iſtud ſine cauſa abrogari, & alteri imponi. l nullus C. de decurio. lib. x. l. prætor. ff. de vacatio. mune. facit tex. in l. a iudice. C. de. iudic. & ſic non eſt in mero prætoris arbitrio iudicem, quem dedit, abrogare, ne alioqui ſit etiã in prętoris arbitrio munus publicum, quod mihi obuenit, alteri imponere, contra l. nullus C. de Dec. lib. x.

13 An autem hic accident iuſta cauſa remouendi iudicem, de hoc non eſt dubitandum, cum lex ipſa expreſſe dicat hoc non immerito factum fuiſſe, & recte nam qui contra præcepta legum iudicat, legem offendit. l. non quicquid. §. iudex ff. de iud. Ideo ſubmoueri poteſt l. iii. C. de offi. præfec. præ. & etiam aliter puniri ſi deliquerit aliquid. l. ſi quis aliquid. §. iudices. ff. de pœn. liquet

quet ex his iudicem primo loco datum fuiſſe a munere iudicandi ſummorum iuſta ex cauſa Iccir⁊o mirum nemini uideri debet, ſi iudex ille amotus abſtinuit a iudicando.

14 Quid ergo ſi prẹſes eum non amouerit, an poterit iterum iudicare, hoc non determinat ille tex. Doc. tamen̄ putant ꝙ non quaſi functus ſit officio d.l. iudex poſteaquàm. Mihi uidetur ꝙ ſic, quia adhuc durat iudex, per tex. in l. ii. C. de iudic. vbi acceptus iudex generaliter ſuper adminiſtratione tutelæ ſimpliciter iudicauerat, tamen, quia non omnia fuerāt in iudicio agitata, poterit iterum adiri iudex idem, qui ſuper reliquo iudicauerat, & aduerte, ꝙ ille erat iudex delegatus, tamen non dicitur functus officio.

15 Non obſtat. l. iudex poſteaq̄. ff. de re. iud. procedit enim quando valide iudicauit, ut patet ab exemplis ibi propoſitis, quæ declarant, in quibus terminis lex loquatur, l. i. §. quod uulgo ff. de ui. & ui. arm. Sed ſi nulliter pronūtiauerit poteſt dici ꝙ pro non iudicato habeatur, quia ſententia nulla non eſt ſententia, & actus inualidus non eſt actus. l. Paulus reſpondit. ff. de verb. ſignifi. & actus appellatione de ualido intelligimus l. iiii. §. condemnatam ff. de re iud. l. ii. §. i. ff. quemadmodum tex. aper. & paria ſunt non eſſe, uel eſſe nulliter, l. non dubium C. de legib. c. Imperiali xxv. q. ii. cle. i. de immen. eccl. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. de ætate. §. quod ait prætor ff. de interro. actio. l. i. in fi. cum l. ſeq. ff. de auctor. tut. l. i. §. penu. ff. quod cuiuſq;. uni-

uerit. c. ii. de tranſlat. præl. & ſententia nulla nullum producit effectum, d. l. iiii. §. condemnatum ff. de re iudi. & actus nullus nullum de iure præſtat impedimentum. c. quæ contra & c. non præſtat de reg. iur. lib. vi. ad quod propoſitum multa cumulat Mod. in tract. De nulli. ſub Rub. quoties & intra quod nu. 16. cum mult. ſeq. ubi vide.

16 Optime quadrat id, quod uulgo dicitur ſcilicet ꝙ per ſententiam inualidam iudex non facit litē ſuam glo. in l. vlt. ff. de uar. & extraord. cogn. Ex his poteſt impugnari communis opinio, & defendi ꝙ iudex datus, qui nulliter tulit ſententiam poteſt iterum iudicare antequam remoueatur a præſide, cogita tamen quia communis eſt in contrarium.

## INDEX:

*A pedaneo uocatum eximēs non mulctatur nu 1. Et ſi a Princpe datus ſit. nu 2. & 4.*

## CAP. VII.

1 SEcunda differentia inter iudicē ordinarium, & delegatum reſultat ex l. iii. §. ſi quis ad pedaneum ff. ne quis eum qui in ius uoc. vbi qui in ius uocatum a magiſtratu ui eximit, incidit in edictum, de quo in l. i. & l. pen. §. i. eod. tit. ſi vero quis in ius vocatus fuerit a

rit a pedaneo Iudice, & ui exemptus fuerit, qui ui eximerit pœnam edicti non ſuſtinet d.l.iii.§. ſiquis ad pedaneũ ratio illa adduci poteſt quia pedaneus non habet poteſtatem cogendi ad cõ parendum coram ſe, & ſic poteſt impune non ire uocatus, ideo non mulctatur, qui eximit eũ qui parere non tenebatur, & iudex iſte non habet coercendi poteſtatem l. ait prætor ff. de re iud.l.properandum.§.ſin autem reus. C. de iudi.& auctẽ.de teſtib.§. ſi uero quidam ignoti, & in l. vltim. C. vbi & apud quem ita procedit text.in d.l.iii.§.ſi quis ad pedaneũ.ff.ne quis eũ qui ſimpliciter loquitur de pedan. Iudic.nec di-
2 ſtinguit unum ab altero. ¶ Ideo comprehendet quemlibet pedaneum, etiam a principe conſtitutum, nam & Princeps dat pedaneos iudices, ut in auctẽ. de iudicib.§.iudices & §.ſedebũt, hoc tamen non admittit Bal.in Rub. de off. de leg. ubi ait tex. in d. l.iii.§. ſi quis, loqui tantum de pedaneo ordinarii, ſequitur Io. Fab. in.§. item aduerſus Inſt.d. actio:& Ante hos Inno. probat in capitul. 1. de offic.delegat. qui dicit delegatum Principis poſſe coercere illum, qui ui exemerit uocatum in ius à ſe, quod etiam probare uidetur Pau. Caſt. in dict. l.1. in princ.nu. 2. ff. ne quis eum qui in ius uocã. poſtea tamen concludit ꝙ delegatus principis non poteſt infligere pœnam ex illo edicto, licet alioqui poſſit impediẽtes ſuam iuriſdictionem coercere.
3 ¶ Cæterũ Claud. Seyſſel.hic nu.4. ſequitur ſententiam Bald. nam inquit offendens principis delega

delegatam iuriſdictionem exercentem cenſetur offendere Principem ipſum, quod etiam probat abb. in c. cũ olim. 2. in primo not. de offi. deleg. Igitur multo magis plectendus erit ille, qui ui eximit vocatum in ius a delegato Principis, & ſic pœna edicti, de qua in d. l. iii. §. ſi quis ff. ne quis eum, habet locum in eo, qui uocatum in in ius a pedaneo Principis ui exemerit.

4 Quod mihi nõ placet per tex. in d. §. ſi quis, qui de pedan. omn. loquitur, depẽdet tamẽ ab alio articulo, ãn. ſ. Delegatus principis mulctare poſſit, de quo uide, quæ ego late ſcripſi in l. unic. in prin. nu. 117. & ſeq. ff. ſi quis Iuſ. dic. nõ obtẽper. vbi ego teneo quod non licet cõmunis ſit in cõtrarium, idem ego teneo de pedaneo iudice, vt non poſſint mulctare in d. l. unic. nu. 76. & 77. ibi uide Ideo nec etiam punire poterit eum qui vocatum in ius ui exemerit, quod ſine dubio verum eſt de iure ciuili.

## I N D E X.

*Delegatus partem cauſæ ſubdelegare non poteſt. nume.* 1. *Ratio. nu.* 3.

*Princeps delegãdo eligit induſtriam perſonæ. nu.* 2.

*Auct. en. ut defunct. ſeu func. §. ſancimus. nu.* 5. *uide num.* 9.

*Delegatus principis deterioris eſt conditionis. quã ordinarius. nu.* 6.

*Delegatus ab aſſeſſore. differt. nu.* 7.

*Aſſeſſor in magnis cauſis aſſiſtere poteſt ac cognoſcere. nume.* 7.

*Difficilius*

*Difficilius toleratur quod quis totã cauſam deleget quam partem.nu.8.*

*Iudex dari non poteſt cauſis grauibus.nu.9.*

## CAP. VIII.

1 IN alio differunt Iudex ordinarius & delegatus Principis nam ordinarius poteſt partem cauſæ delegare reſeruata ſibi ſententiæ ferendæ poteſtate, delegatus autem tenetur omnino totam cauſam ipſe cognoſcere, & terminare, & ſic quando reſeruat ſibi iudicandi facultatem, non poteſt cognitionem cauſarum alteri delegare, & in hoc deterioris eſt conditionis delegatus Principis, q̃ ordinarius iudex, ut probatur in auđen. ut defunc. ſeu fune §.illud & §.vltim. & in auđen. ad hæc. C. de iudicib. vt hic per Alex. quod etiam probat Sal. in d. auđe. ad hæc Rimin. idem admittit, ſubiicit tamen ſubeſſe rationem differentiæ qua diuerſitatis ratione ſtante ius varium ſtatuitur, ſcribit itaque fuiſſe permiſſum præſidibus, & cæteris magiſtratibus ut particulam cauſæ cognoſcendã cõmittere poſſint, quia (inquit) hi ſunt occupati publicis negotiis, quæ occupationes ceſſant in delegato, qui vnicam habet cauſam cognoſcendam, Iccirco ſolus eam cognoſcere, & terminare debet, hanc rationem exprimit tex. in d. auđen. ut defunc. ſeu fune. §. ſancimus.

2 Aliter ſcribit Nig. hoc loco, qui ideo uetitum fuiſſe

fuiſſe delagato ait, ne particulam cauſæ cognoſcendam committit, quia Princeps delegando eligit induſtriam perſonæ,& ob id non fuit illi permiſſa delegatio per regulam de qua in l.i. in princ.infra eo.quod nugatorium eſt,quia delegatus Principis ſubdelegare poteſt l.a iud. C.de iudic.

Secundo reſpondet Nig.ꝙ tex. ille locum non habet in delegato Principis,& ſic poterit delegatus Principis iudicem dare tex.autem in d.auct. ad hæc loquitur de delegato Ordinariorum

3 Hæc reſponſio eſt contra tex.in §. illud eo. tit. ibi alios,qui ex noſtris iuſsionibus cauſas audiunt.

Aduerte melior eſt ratio,quam exprimit tex. in d. auctent. vt defunct.ſeu func.§. ſancimus,qui eam adducit rationem quia delegatus otioſus eſt , magiſtratus autem negotiis publicis eſt implicitus,qua ratione contenti eſſe debemus, cū lex eam exprimat.

4 Aduerte præterea quòd tex. in d.§.ſancimus uidetur abrogare tex.in d.l.a iudice. C.de iud.ꝙ ſi intellexeris poſſe totam cauſam delegari,particulam non poſſe,prout Docto.intelligunt.tunc non quadrat ratio ocioſitatis aut deliciarum adducta,in d.§.ſancimus nec ſolis ſolida poteſt adduci ratio quare magis tota cauſa delegari poſſit,quàm particula. Imo ſi rectè intuemaur verba legiſlatoris,in d.§.ſancimus,aperte ſentiunt, facilius tollerari quòd particula cognoſcenda delegari poſsit ꝗ tota cauſa.

Idcirco-

5 ¶ Idcirco uerior eſt ſenſus ꝙ tex. ille loquitur de cauſis indelegabilibus, de quibus in l. ii. verſicu. quod non ita. C. de Pedan. Iudicib. ¶ Et hoc ſentit glo. in d. §. ſancimus, cum exponit agitãtur ideſt agitari debent, & perſeuerat in hoc, ꝙ cauſæ illæ delegari non poſsint cuipiam, poſſunt tamen aſſeſſores & conſiliarii magiſtratuum cognoſcere cauſas huiuſmodi dum tamen ordinarius ter audiat cauſam, & reuideat proceſſum & demũ ipſe iudicet, ſed aſſeſſor delegati hoc non poteſt, vt ibi tex. autem in d. l. a iudice. C. de iudic. loquitur de cauſis delegabilibus & eas principis delegatus ſubdelegare poteſt, ſed cauſas dignas magnitudine forenſi, de quibus in l. 1. C. de defenſo: quęque iuriſdictionem requirunt, & a præſidum auctoritate pendent, de quibus in auctent. de defen. ciuita. §. nulla in uerſicul. oportet, & in l. ii. §. quod non ita. C. de ped. iud. nõ poteſt delegatus principis vel alius quiſquã ſubdelegare d. l. ii. ꝙ non ita nec etiam poteſt delegatus iſte per aſſeſſorem eas cognoſcere, quia ocioſus eſt d. aucten. vt defunc. ſeu func. §. vltimo.

6 Aduerte tamen quia non poteſt negari, quin delegatus principis, in hoc ſit deterioris conditionis, q̃ ordinarius, nam prætor, ſeu iudex ordinarius poteſt aſſeſſori ſuo particularem cognitionem cauſæ huiuſmodi ſine deciſione committere, quod delegatus non poteſt d. auctent. vt defunct. ſeu func. §. ſancimus & §. vltim. ꝙ ſi quiſpiam rationem differentiæ perquirat, quare liceat

ceat magiſtratibus per aſſeſſorem cauſas indelegabiles cognoſcere, delegare autem non liceat, Reſpondebo eũ, qui per aſſeſſorem facit, per ſe ipſum facere videri, nam omnia acta in perſonã magiſtratus concipiuntur, nõ autem in perſonã aſſeſſoris, & videtur ipſe magiſtratus cognoſcere
7 Quod non eſt in delegato, nam ipſe delegatus iudicat.l.vlti. C.vbi & apud quem in verb.iudicãdi facultatem. Et omnia ſuo nomine facit, & ab eo appellatur ad delegantem lege prima in principio ff.quis & a quo appel.lege vltima eodem titulo lege Imperatores. §. i. ff. de appell. & ſic ſunt diuerſi iudices, & diuerſa ſubſellia ſed aſſeſſore cognoſcente dicitur ipſe magiſtratus cognoſcere, auctent. de iudicibus. §.i.ubi aſſeſſores magiſtratuum occupatione ſupplent, & propterea dicitur ꝙ magiſtratus iudiciarias partes aſſeſſorum ſuorum ſupplent præſentia, d.§. i. Iccirco facilius tolleratur ꝙ magiſtratus aſſeſſorem habeat, q̃ ꝙ deleget cauſas graues.
8 Ratio autem habendi aſſeſſorem ceſſat in delegato, ideo oportet ꝙ ipſemet totam cauſam cognoſcat.d.§. ſancimus. Caue etiam ne credas in terminis de quibus in d.§.ſancimus, auctent. vt defunct. ſeu fune. licere delegato totam cauſam ſubdelegare, eſt enim ridiculum, quòd totã poſſit, particulam non poſſit ſubdelegare.
9 Ego dico cauſas, de quibus ibi agitur, eſſe graues, & dignas magnitudine forenſi, de quib. in l.i. C. de defen.ciui. & quæ a ſola præſidum auctoritate pendent aucten. de defen.ciui. §. nulla

uerſi oportet, & propterea in his iudicem dari
non poſſe, nec a magiſtratu, nec a delegato Prin
cipis, ſed in cognitione præſidum retinendas eſ
ſe. l.ii.§.quod non ita. C.de Ped.iudic. quarum
delegatio omnibus eſt interdicta, d.§.quod non I
ita, tamen propter occupationes publicas, qui-
bus magiſtratus aſsidue deſtinatur, ipſis permiſ
ſum eſt, ut per aſſeſſorem posſint cauſas huiuſ-
modi cognoſcere; delegato Principis, q̃a ut plu-
rimum ocioſus eſſe ſolet, non fuit permiſſum,
d.§.ſancimus, & §.ultim.in auctẽ. ut defunct.
ſeu fune. quæ omnia nota, quia non ſic a Doct.
intelliguntur.

I N D E X.

*Delegatus principis intra annum tantum exequi po teſt ſententiam.nu.1.*

*Delegatus cum executus eſt uel exequi mãdauit sẽ tentiam, uidetur functus officio ſuo.nu. 2.*

*Delegatus principis ſententiam exequi poteſt. numer. 2.contra.nu.3.& 4.*

*Delegatus nõ poteſt niſi expreſſa in commisſione.nu me.5.*

*Delegatus non exequitur ſententiam nu.6.Imo contra.nu.9.*

*Delegatus principis habet tãtum iudicandi facultatem.nu.6.*

*Delegatus principis ſententiam exequi poteſt.nu.5. & ſeq.l.ult.C.de iud.nu.5.*

*Auctent.de exhiben. reis.§.ſi uero quidem. nu.6.7*

*L.aper-*

*L.apertisſimi.C.de iud.numer.8.*

## Cap. IX.

1 QVARTA differentia eſt inter ordinarium, & delegatum principis, nam magiſtratus poteſt perpetuo executioni mandare ſententiam ſuam, delegatus intra annum tantum hoc facere poteſt, vt videtur expræſſum in c.quærẽti de offi.del. ibi eſt caſus quo delegatus Pontificius contumacem, & rei iudicatæ parere recuſantem excommunicauit, poſtea qui damnatus fuerat paratus erat rei iudicatę parere, & abſolui cupiebat, quæſitum fuit, an delegatus abſoluere posſit.

2 Videbatur dicendum quod non quia ſemel functus officio ſuo fuerat, & ſic iuriſdictione priuatus uidebatur, c.in literis de offic. deleg.l.iudex poſteaquam. ff. de re iud.cap.atſi clerici in fin. de iud.cum primum enim ſententiam executioni mandauit, uel exequendam præcepit, ceſſat eius auctoritas quia ut dixi functus eſt officio ſuo, d.c.in literis de offic.deleg. Alii arbitrantur durare iuriſdictionem, donec ſententiæ paritũ fuiſſet cum effectu d.c.in literis.& c.relatum de cler.non reſiden. Pontifex rem temperat, & concludit reum eſſe admittendum ad parendũ ſententiæ, & parendo abſolui poſſe a delegato poſt ſententiam intra annum.d.c.quærenti.

Ex eo tex.duo probantur ſecundum Docto.primum

mum ꝙ delegatus Principis ſententiam ſuam exequi poteſt, ſecundum ꝙ poteſtas exequendi anno tantum durat ꝙ ad ſecundum attinet non eſt dubitandum, quin poteſtas huiuſmodi exequendi ſententiam, ſi competat, anno terminetur & in hoc differt delegatus ab ordinario, vt per Alex. & alios hoc loco.

3 Circa primũ maior verſatur difficultas, nec videtur probari ex. d. c. quærenti de off. deleg. poteſt enim intelligi de eo, cui ſpecialiter fuit commiſſa poteſtas exequendi, & ſic non probat, ꝙ quilibet Principis delegatus ſententiam ſuam exequi poſsit, ſed conceſſa exequẽdi poteſtate, oſtendit quamdiu duret huiuſmodi poteſtas, & ait anno finiri, hoc mihi ſignificãt illa verba, iuriſdictionem ſibi commiſſam ad exequendã ſententiam, quibus ex verbis apparet datã fuiſſe iuriſdictionem ſpecialiter ad exequendum, & ſic eam non habuiſſet, niſi ſpecialiter fuiſſet commiſſa ſuper quo cogitabis quia Doc. tenẽt contrarium.

4 Secundo contra commune vrget tex. in l. properandum. §. ſin autem. C. de iud. ibi ſententia ad effectum perducatur, & per res & per facultates fugientis victori ſatisfiat, ſiue ipſe iudex ex ſua iuriſdictione hoc facere poteſt, ſiue per relationem ad maiorem iudicem referatur, & ex eo contra res contumacis uia aperiatur, quibus ex verbis liquido patet, ꝙ delegatus non per ſe, ſed per relationem ad maiorem iudicem ſententia exequitur.

5 Tertio delegatus ſe ſe intromittere nō poteſt,niſi in his quæ ſunt in delegatione expreſſa.c. cū olim .i. c.cū l.& c. de cauſis defi. deleg,quia delegatio eſt ſtricti iuris nec extēditur c.cū dilecta de reſcrip. & fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi, l.diligenter,ff.mand. Ideo ad poteſtatem exequendi non extenditur poteſtas iudicādi,ſimile eſt in procuratore,qui poſt latam ſententiam pro ſe non poteſt eius executionem petere. l. hoc iure ff, de ſolu. Iaſ. in l, a Diuo Pio in princ.nu.9,ff.de re.iud.

6 Quarto ſuffragatur tex.in l.a Diuo Pio in prin. ubi iudices dati non exequuntur ſententias ſuas,ſed illi,a quibus datę ſunt,exequūtur,quia tex. habet ēt locum in delegato principis, quia exequantur,niſi in caſibus ſpecialiter expreſsis, auctẽn.de exhib.reis.§.ſi uero ēt glo.in d.l.a diuo Alex. hic num.9. Inter quos caſus ſpeciales iſte non reperitur ergo &c.

Quinto Delegatus principis habet tantum iudicādi facultatem l.vlt. C.vbi & apud quem. Icci rco cum primum iudicauit,functus eſt officio.l. iudex poſteaquā ff.de re iud. & ſic non ſupereſt facultas exequendi,ergo &c.

5 Contrarium ꝙ Immo delegatus Principis ſententiam ſuam exequi poſsit, tenent Bart. Ang. Imo & Alex, & alii in d. l, a diuo Pio in princ. ff. de re iudic.

Pro qua opinione cōmuni,adduci ſolet tex.in l. vltim, C.de iudic, Alex.tamen contra Bart.dicit ꝙ tex.ille non probat,& recte, Ias quoque in d.

l.a diuo

l.a diuo nu. x. idem dicit: quia loquitur de ali. executore, ex his ſcilicet, qui ad executiones faciendas erant deputati, & ſic delegatus ibi non exequitur, ſed executor, ſi recte perpendantur uerba legis, accedat ꝙ tex. ille loquitur etiam de iudice dato a magiſtratu, adeoꝙ ſi recte exin de probari poſſet, ſententiam per delegatum executioni mitti poſſe, Id procederet etiam in delegato ordinarii, quod tamen nemo admittit: ideo nihil probat ſecundum Iaſ. in d.l. a diuo Pio nu.x. & recte; quia loquitur de quibuſdam executoribus ad hoc deputatis ſecundum communem vt ibi Iaſ. tradit.

6 Secundo pro communi Bart. adducit text. in auctem. De exhiben. reis. §. ſi vero quidam uer. igitur ubi latitante reo etiam delegatus de cauſa cognoſcit, & actorem mittit in poſſeſsionem ſecundum menſuram debiti declarati.

7 Adducitur ille text. ſecũdum Iaſ. in d. l. a diuo Pio nõ ſuffragatur communi, nam executio illa fit per eum, qui iudicem dedit, non autem ab ipſo iudice dato qui nihil facere poteſt, & loquitur tex. ille de delegato ordinarii, quẽ clarum eſt ſecundum omnes ſententiam ſuam exequi non poſſe, Iccirco ſuper eo non poteſt fundamentũ fieri, & dato ꝙ posſit defendi tex. illum de Principis delegato, verba facere, tamen negari non poteſt quin etiam de iudice dato a magiſtratu, loquatur, & ibi uterque delegatus pari paſſu ambulat. Dic tamen ꝙ ibi eſt caſus ſpecialis contra periurum, & illa non eſt proprie executio,

ſed, miſsio in poſſesſionem rei ſeruandę cauſà & ſic non probat, re uera ille text. loquitur de executione facienda per ordinarium iudicem, & expreſſe colligitur ibi, ꝙ delegatus nihil facere poteſt ante litis conteſtationem.

8 Tertio adducitur tex.in l. apertisſimi. C.de iudic.qui non probat,nam iudex ille non exequitur, ſed per ordinarium iudicem, vt exequatur curat,& ſic ipſe eſt inſtigator,& ſollicitator, nō autem executor, alioqui etiam delegatus a magiſtratu,de quo ille tex.loquitur, exequi poſſet, quod nemo admittit,

9 Ex his patet ſtricto iure diſputandi defendi non poſſe,communem ſententiam:& ſic verius videtur Delegatum Principis ſententiam ſuam exequi non poſſe, niſi illi expreſſe fuerit commiſſa exequendi poteſtas

Hæc procedunt ſecundum tenorem iuris ciuilis, maius dubium eſt, quid iure Pontificio ſit ſtatuendum,quo iure delegatus principis habenas latiores habet & ampliorem Iuriſdictionem, qua in ſpecie, communis eſt ꝙ ſic de qua ſequenti capite.tractabitur.

## *I N D E X:*

*Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi,nu.*1.
*Delegatus Pontificis ſententiam exequi non pōt.nu.* 1.*contra.nu.*4.*uide nu.*13.
*Limitata iuriſdictio limitatum producit effectum. nu.*1.

*Dele-*

*Delegati iuriſdictio ceſſat poſt executionem ſententiæ nu.2.*

*Caſus habilis preſupponendus eſt nu.6.* 12.

*Subdelegatus ad exequendum habet coercionem nu.8.*

*Delegatus maior ordinario eſt.nu.*10.

*Executio ſententiæ ſubdelegari poteſt.nu.*11.

*Delegatus Pontificis non exequitur ſententiam nu. 13.fallit.ibid.*

## C A P. X.

1 EGo ſemper exiſtimaui Delegatum Pontificis ſentētiam exequi non poſſe ſtricto iure diſputādi, nam fines mandati diligēter ſunt cuſtodiendi.l. diligenter ff. man. & limitatum tempore, finitur eo lapſo.c.de cauſis in princ.de offic. deleg.& formam ſibi pręſtitutam ſeruare debet delegatus,c. ex parte de offic.deleg. Idcirco delegatus ad cognoſcendum de iure præſentandi non poteſt inſtituere c. ſuper eo.tit. item qui executor datus eſt, non poteſt eſſe cognitor.c. paſtoralis.§. quia uero ſæpe de off. deleg. Ergo eadem ratione cognitor datus non poteſt executionem facere, ſic ēt uidemus ꝙ limitata iuriſdictio ad certas perſonas, non prorogatur c.Petro de off.deleg. Item limitata cauſa limitatum producit effectum. l. in agris ff. de acq. rer.dom. Ideo limitata delegatio limitatam producit iuriſdictionem atque po

4 Quod autem delegatus poſſit exequi ſententiam ſuam, videtur probare tex. in c. quęrenti de off. deleg. vbi eſt caſus de eo qui excommunicauit nolentem parere iudicato. & tamen nōdum functus dicitur officio ſuo, ſed intra annū poſt latam ſententiam poteſt exequi d. c. quærenti. Reſpōderi poteſt ꝙ ibi datus fuerat iudex cum poteſtate exequendi, & ideo ibi quæritur, quan diu durat hæc poteſtas, non autem quæritur, an competat, ſed pro conſtanti ſupponitur compe tere, igitur præſupponam caſum habilem. l. qui teſtamento ff. de teſtamen. & ſic intelligam pote ſtatem exequendi fuiſſe delegatam, deinde fuiſſe quæſitum, quandiu poteſtas hæc duret.

5 Adducitur etiam tex. in c. paſtoralis. §. quia ue rò ſæpe de offic. deleg. qui ait ſæpe contingere, vt executio ſententiæ ordinario mandetur, quamobrem ſi hoc euenerit, quia ordinarius delega to obtemperare tenetur, oportebit eum executionem ſibi commiſſam peragere, tametſi ſententiam iniuſtam eſſe intelligat, quia executor datus eſt, non cognitor.

6 Reſponderi poteſt non per hoc concludi ꝙ delegatus ſimpliciter datus ad cognoſcendum, & iudicandum habeat exequendi poteſtatem, præ ſupponendus eſt igitur caſus habilis ideſt quo ſi bi fuerit mandata poteſtas exequendi quod quia plerumque fieri ſolet, ideò ait ſæpe contingere, vt executio mandetur ordinario.

7 Ad idem confert tex. in c. ex litteris in princ. de offi. deleg. ubi proponitur ſummi Pontificis de

legatũ ex iu. ac poteſtate delegatiõis iuriſdictio nem habere eamq; alteri, etiam ſi ſit Patriarcha, poſſe mandari, quo ad executionem faciendam ſententiæ, qui tex. plurimum urget pro hac opinione, infert enim ꝙ ex quo habet iuriſdictioné etiam poteſtatem ſubdelegandi, quo ad executionem.

8 Amplius dicit tex. ille ꝙ ſubdelegatus ad ſenté tiam exequendam habet coercionem, quia inquit alioqui eluſoria eſſet iuriſdictio in ſubdelegatum tranſlata, ſi coercionem nullam non haberet, quamobrem ſententiam interdicti aduerſus eos, qui executionem impediunt, proferre poteſt d. c. ex litteris in princ.

9 Adde tex. in c. ſuſpicionis in fi. de offic. deleg. qui generaliter dicit iudici deleg. & iuriſdictionem, & cætera ſine quibus explicari iuriſdictio non poteſt, intelligi eſſe commiſſa.

10 Ad idem facit tex. in c. paſtoralis. §. præterea de offi. ordina. quo continetur poſſe delegatum ex communicare reum contumacem, & actorem rei ſeruandæ cauſa in poſſeſſionem mittere, quę ad executionem iudicii pertinere uidentur, item Delegatus maior ordinario eſt, d. §. præterea, ideo quemadmodum ordinarius, ita etiam delegatus ſententiam exequi poteſt.

11 Ad idem eſt text. in c. ſi delegatus de off. deleg. lib. vi. ubi executio ſententiæ ſubdelegari poteſt ergo delegatus habet poteſtatem exequendi, alioqui iuriſdictionem, quam non habet nemo alteri mandare poteſt. l. obſeruare. §. ultim. ff. de offi.

offi.procon.

12 Reſponderi poteſt ad hæc omnia præſupponi caſum habilem, in quo ſcilicet competat huiuſmodi poteſtas exequendi, & tunc ſubdelegari poteſt. l. a iudice. C. de iudic. l. unica. C. qui pro ſua iuriſdictio. capitul. quoniam ii in Princip. ff. de offic. deleg. hæc dico de iuribus quæ loquuntur de executione facienda, vel ſubdeleganda, cætera quæ contingunt exercenda ante ſententiam, hæc alia ratione cōpetunt, uidelicet per regulam, de qua in l. ii. ff. de iuriſ. om. iud. text. eſt expreſſus in c. pręterea de off. deleg. facit tex. in c. i. eo. tit. & in c. de cauſis, & in c. ſane eo. tit. & eſt expreſſum in c. ſuſpicionis in fi. & in c. ex literis in princ. eo. tit.

13 Ex his puto veriorem primam opinionem, ſcilicet ꝙ delegatus Summi Pontificis ſententiam exequi non posſit, niſi expreſſe ſibi commiſſa fuerit, vt ſupra fallit in caſu ſpeciali in ſubſidium de quo in c. ſignificaſti de offic. delega. Fallit etiam in his, quæ occurrunt exequenda ante diffinitiuam ſententiam vt ſupra.

Fallit quando expreſſe fuit commiſſa poteſtas exequendi c. quærenti de offic. deleg. & ita hodie ſolent fere omnia reſcripta Pontificia concipi, vt executionem comprehendant, aut in ſpecie aut verbis generalibus.

I N D E X.

*Captio ſeu apprehenſio perſonę committi non poteſt per delegatum Principis nu.1.*
*Fallit in delegato Principis nu.3.*
*Quod intelligo poſt litem conteſtatam, non ante. num.4.*

## C A P. XI.

1 QVinta eſt differentia inter delegatum Principis et ordinarium, nã magiſtratus, qui habet Imperiũ, iubere poteſt, vt apprehendatur reus contumax, & ad ſe perducatur. l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iud. vbi expræſſum eſt præſidem poſſe reum ter citatum, ſi contumaciter ſui præſentiam facere neglexerit, uel cogere eum, vt ſeſe repræſentet, vel poſſeſsionem bonorum, cui incumbit, ad petitorem transferre, & aduerſarium conſtitue re petitorem, vel auditis defenſionibus partis, id quod iuris ratio exegerit ſtatuere.

2 Idem probat tex. in §. ſi vero etiam iuram. in au ϐten. de exhiben. reis vbi delegatus hanc poteſtatem non habet, ſed illi iniungitur, vt referat ad eum, a quo datus fuit iudex, vt ab eo reus latitans apprehendatur, & ſic delegatus ipſe non apprehendit, & intellige ibi agi etiam de Princi pis delegato, & hunc ſenſum ſequitur Cy. & Bal. in d. l. conſentaneum, & Sal. & Fulg. in l. ii. ff.

ii.ff. de iuriſ. omn. iud. & oſtendunt illa verba ex ſacra forma datis,aut iusſione,& gl. exponit ſacras formas.i. Imperiales. §.hæc igitur omnis & §.quia veriſimile in aucten.de alien.aut permuttreb. eccle.quo ſenſu recepto fateri oportet tex.in aucten. de exhiben.reis §. ſi vero, loqui de Principis delegato; & communiter approbant Docto.

3 ¶ Tenent tamen ꝙ etiam ex eo.probetur delegatum Principis poſſe iubere, vt apprehẽdatur reus contumax,ſed reuera nullo modo probat nam in §.igitur,ne latente, verb.iudex refertur ad ſuperiora,& ſic ad ordinarium, qui delegauit,nec aliter põt intelligi ſalua ratione recti ſermonis, alioqui ſuperfluit, aut corrigitur totus ille verſ.ad illum renunciare &c.

4 Secundo pro cõmuni adducitur tex.in aucten. de litigio, in §.omnem, qui tex. nihil probat, quia non loquitur de apprehenſione perſonæ, ſed in illo caſu ſpeciali conceditur, ꝙ iudex procedat per ædicta contra actorem, qui præſen tauerit reſcriptũ,deinde aufugerit Iaſ.in l.ii. nu. 22.ff.de iuriſ.omn.iud. Et ſic facio concluſionẽ ꝙ delegatus Principis iubere non poteſt, vt apprehendatur reus contumax, ꝙ intelligo ante litem conteſtatam quia tunc moliri nihil poteſt aucten. de exhiben. reis. §. ſi vero non adminiſtret forte lite conteſtata. id poterit.argumẽ.l.ii. ff. de iuriſdict. omn. iudic. &ita concordantur opiniones.

## I N D E X.

*Mulctare non poteſt delegatus.nu.*1.
*Communis eſt in contrarium.nu.*2.
*Leuius tamen mulctat quam delegatus.nu.*3.
*Delegati poteſtas iure pontificio aucta eſt. nu.* 4.
*Delegatus Principis eſt de numero maiorum iudicum numer.*5.
*Delegatus Pontificis mulctare poteſt. nu.*6.
*Legatus proconſulis mulctare.poteſt.nu.*7.
*Delegatus iure ciuili non mulctat.nu.*7.*fallit ibid.*

## C A P. XII.

1 SEXTVM. eſt diſcrimē inter iudicē ordinariū, & delegatū Principis, ꝙ delegatus mulctare non poteſt, dixi in l.i.ff.ſi quis iuſdicen. non obtemper.in vlti.limit. num. 115. ordinarius poteſt mulctas infligere l. vltim. C.de modo mulctan.d.l.1. Ratio in delegato ea eſt, quia non reperitur conceſſa huiuſmodi poteſtas,quæ alioqui nemini competit,niſi cui nominatim a lege data eſt.l. ii.in fin. ff.de iudic.

2 Aduerte communiter tenetur,delegatum poſſe mulctare.ita Docto.in d.l.i. in prin.quæ opinio mihi non videtur uera,ideo vide quæ latiſsime ſcripſi in d.l. i.num.115.cum mult.ſeq.ad quem locum lectorem reiicio.

3 Præſuppoſito tamen quòd delegatus Principis poſsit

poſsit mulctare, fatentur oẽs, eum leuius mulctare poſſe, & debere, quàm ordinarium magiſtratum, & ſic in hoc differunt, ꝙ autem leuiores mulctas tantum poſsit infligere, manifeſtatur ex his, quę habentur in l.ii. C. de ſportu. ubi clariſsimus mulctam duarum unciarum, auri. imponit. Proconſul & comes orientis ſex unciarum mulctam infligere poſſunt, cæterum ſpectabiles iudices, & vicepręfecti vſque ad tres uncias mulctare poſſunt, d.l. vltim. delegatus autẽ Principis, etiam ſi ſit illuſtris mulctam ſex aureorum tantum imponere poteſt. l.ii. C. de ſportul. & ſic delegatus Principis, etiã ſi ſit illuſtris, minorem mulctam imponere debet, quàm ordinarius ſpectabilis, vel clariſsimus ſecundum Alex. hoc loco ita tranſeunt Riminal. hoc loco & Nig. nu. 15.

4 Hæc iure ciuili uera ſunt cæterum iure Pontificio quo aucta fuit delegati auctoritas, delegatus Principis eaſdem mulctas imponere poterit, quas ordinarius poteſt, vt videtur exprę ſſum in c. de cauſis. & ibi Dec. no. de offic. delega. Idem ibi tenet Anto. Butr. qui arbitratur delegatum Principis graues mulctas infligere poſſe, nam arbitrio ſuo poteſt coercere contumace s. d. c. de cauſis.

5 Mouetur Antonius ea ratione, quia delegatus Principis eſt de numero maiorum iudicum ſecundum Specul. in titu. de iuriſd. om. iud. uerſi. ſunt & alii per tex. in c. ſtuduiſti & in c. paſtoralis de offi. deleg. & in c. paſtoralis. de offi. ordin. Imol.

Imol.hoc reprehendit in d.c.de cauſis,ut hoc lo co ſcribit Alex.per tex.in l.ii. C.de ſportul. cuius immemor fuit Anto. & ſic licet habeat arbi trium mulctandi, illud tamen regulandum eſt ſecun dum terminos iur. communis,de quo in d.l.ii. C.de ſportul.
Dec. defendit Anto. But. diſtinguendo ius canonicum, a iure ciuili, & Nig.hic num.18.quæ ſententia videtur uera& probatur in d.c.de cau ſis.§.i.de offi.deleg.
6 Limitatur ergo hæc concluſio ut procedat de iu re can.d.c.de cauſis, ſecus eſt de iure ciuili ut di ctum eſt.
Secundo limitatur ut procedat tantum in delegato ſummi Pontificis,is enim arbitrio ſuo poteſt mulctare,ſecus eſt in aliis delegatis,ut alias ſcripſi in d.l.i.in prin.nu.116. ff. ſi quis ius dicẽ.
Tertio limitatur ut procedat ẽt in delegato pro conſulis, is enim mulctare poteſt,ut præ ſe fert tex.in l.ii.ff.ſi quis & à quo appel.& quia ſumma mulcta irrogandæ illi non præſcribitur,forte defendi poterit eum mulctare poſſe eatenus, quatenus proconſul poteſt cuius vices.gerit.l.i. §.qui mandatam. infr. eo. tutius tamen eſt, ut non maiores infligant,quàm præſes.& hoc pro cedit etiam iure ciuili.
Fac regulam ex iure ciuili, quòd delegatus mul ctare non poteſt nec quidem in parua quantita te,l.ii.in fi.ff.de iudic.l.aliud in uerb.permiſsũ ff.de uerb.ſigni fi.
Fallit in delegato Procõſ. l.ii. ff. qs & a quo app.

Fallit in executore qui mulctari poteſt a delegato leuiter tamen.l.ii. C.de ſportul.
Fallit in aduocato litem protellãte per malitiã. qui duabus libris auri mulctari poteſt per quẽcumque iudicem. l.properãdum.§.illo. C.de iudic.cætera uide quæ ſcripſi de materia mulctarum in l. unic.in prin. ff. ſi quis iuſdicenti non obtemperat.

## I N D E X.

*Delegatus mandare non poteſt poteſtatem ſubdelegandi.nu.*1.
*Poteſtas dandi ſubdelegatum competit in priuilegium perſonæ.nu.*2.*etiam ordinario.nu.*3.
*Poteſtas ſubdelegandi nemini cõpetit niſi cui ſpecialiter data eſt a lege.nu.*3.4.*nu.*11.
*Legatus proconſulis iudicem dare poteſt.nu.*3.*ex lege.nu.*12.
*Legatus proconſulis aliquid proprium habet. nu.*4.
*Legatus proconſulis mulctare poteſt.nu.*4.*& tutorem dare ibid.*
*Iudicis dãdi poteſtas eſt de iuriſdictione illa quę ſpecialiter tributa eſt.nu.*5.
*Iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia,nu.*6.
*Iudicis dandi licentia eſt mixti imperii. nu.*6. *&* 7.
*Magiſtratum eſſe oportet eum qui iudicare iubet. num.*7.
*Iudicis dandi poteſtas non poteſt ſubdelegari.numer.*8.
*L.i.C.qui pro ſua iuriſd.nu.*9.

*Mandatam habens iuriſdictionem habet iudicis dandi poteſtatem nu.*10.

## CAP. XIII.

1 SEptimo diſcrimine diſtinguitur Delegatus principis a magiſtratu ordinario, nā iudex ordinarius iuriſdictionē poteſt mandare cum poteſtate dandi iudicem l.more ff.de iuris.omn.iud. Doc, in l.a iudice. Nig.hic nu.19.

Delegatus non poteſt mandare gl.ſing. in c.ſuper quæſtionem. §. porro in uerb.transfert. totam. ff.de offic.deleg. & Ioan.in c.15.cui de offi. deleg.lib.vi.in nouell.

2 Contrarium ꝙ Imo delegatus Principis, & ipſe posſit poteſtatem ſubdelegandi transferre tenuit Abb. in c.cum Bertoldus de re.iud.& Iaſ. in d.l.a iudice & Nig.in d.l.more & ſic hac in re ſecundum eos pari paſſu ambulant Delegatus Principis, & iudex ordinarius, obſtat ratio adducta per Nig. quia inquit poteſtas dandi Iudicem ſubdelegatum competit in priuilegiū perſonę, ideo non egreditur perſonam eius, cui fuit conceſſa c. priuilegium de reg.iur.lib.vi. Barb. ita ſenſit in c.ſuper quæſtionum §. porro de offic.deleg.qua ratione ſtante poteſtas dandi iudicem, ſpecialiter conceſſa delegato Principis, nō poteſt transferri in alium, vt hic ait Nig.

3 Aduerte, ratio iſta militat etiam in ordinario, nam illi data eſt ſpecialiter & nominatim facultas

tas huiuſmodi, quæ nemini cõpetit, niſi ſpecialiter fuerit tributa. l. cũ prætor. §. i. ff. de iudic. ex hoc ſequitur ꝙ nec prætor ipſe poterit hanc facultatẽ transfere, & hoc mihi videtur verius, ſcilicet ꝙ neuter poſsit dandi iudicem poteſtatem in alium transferre, quicquid dicãt Doctõ. ¶ Obſtat tamen quia videmus legato proconſulis poteſtatem huiuſmodi competere. l. cum prætor. §. i. ff. de iudic. l. legatus. ff. de offic. proconſul. ergo videtur translata in eum ex manda to iuriſdictionis d. l. legatus.

4 Reſpond. hanc facultatem legato competere, non quia illi fuerit mandata, ſed quia illi fuit nominatim data a lege, vt eſt expreſſum in d. l. cũ prætor. §. i. ff. de iudi. Nec videatur nouum, nã legatus iſte, poſt mandatam iuriſdictionem, habet aliquid proprium a lege datum, l. legati. ff. de offic. proconſul. poteſt enim mulctare l. ii. ff. quis & a quo appell. quæ poteſtas nemini competit, niſi cui a lege nominatim conceſſa fuerit l. ii. in fi. ff. de iudic. poteſt & tutorem dare l. penul. ff. de offic. proconſul. quæ poteſtas ex conſtitutione Principis ſibi fuit data l. i. §. legatus ff. de tuto. & curat. dat. ab. cum alioqui hoc ius dandi tutorem his ſolis competat, quibus a lege nominatim datum eſt, l. muto. §. tutoris ff. de tutel. & ſic legatus proconſulis habet aliqua propria a lege data propter mandatum iuriſdictionis non ex iuriſdictione mandata d. l. legati ita in propoſito ius dãdi iudicẽ habet ex lege. quãobrem dici nõ poteſt, ꝙ procõſul illud

tranſtulerit mandando iuriſdictionem.
5 Obſtat rurſus tex. in l.i.§. damus.ff. de ſuſpec. tut.ubi mandata iuriſdictione totum iuriſdicendi officium tranſit,in quo ineſt iudicis dādi poteſtas l.i.ff.de iuris omn.iudi.ergo &c.
Reſponde ꝙ ius iſtud non continetur in iuriſdictione,quæ ſolet mandari, ſed eſt de his, quæ ſpecialiter ſunt tributa d.l.cum prætor §.i.ff. de iudic.& hæc mandari non poſſunt l.i. in princ. in eo.fateor tamen ꝙ mandata iuriſdictione generali a proconſule tranſit ius iſtud, quaſi a lege datum,vt dixi,non autem ex mandato iuriſdictionis.
6 Obſtat etiam tex.in l. Imperium in fin.ff. de iuris.omn.iud. Vbi iudicis dandi licentia eſt iuriſdictio,ergo tranſit cum iuriſdictione d.l.i.§. damus ff.de ſuſpec.tuto.
Dic ꝙ iuriſdictio eſt, non tamen ſimplex ſed qualis eſt illa,quæ ineſt Imperio mixto, ita loquitur tex.in d.l. Imperium,eſt igitur mixti Imperii dandi iudicis facultas,quod ſic oſtenditur, in d.l. Imperium, dum loquitur de mixto Imperio, proponitur exemplum dandæ bonorum poſſeſsionis,quod eſt exemplum Imperii mixti,cui iuriſdictio ineſt,deinde ſubiicit, ꝙ licentia quoque dādi iudicis eſt iuriſdictio,illud verbum quoque implicatiuum,& pendet a præcedentibus,& ſic loquitur ſemper de iuriſdictione quæ ineſt Imperio.
7 ¶ Iccirco quando ſubiicit, ꝙ etiam licentia iudicis dandi eſt iuriſdictio, vult dicere, ꝙ eſt talis iuriſdictio,

iuriſdictio, qualis ea eſt, de qua paulo ante facta fuerat mentio hoc eſt quæ imperio ineſt, ex quo ſequitur ꝙ iudicis dandi licentia eſt iuriſdictio coercens imperio, & per conſequens eſt mixti imperii, non autem eſt iuriſdictio ſimplex, & ꝙ ſit mixti imperii patet in eo, quod ait lex oportere eum qui iudicare iubet, eſſe magiſtratum cum imperio.l.eum qui.ff.de iuriſd.om.iudi.& ſic iudicis dandi licentia eſt mixti imperii, non autē ſimplicis iuriſdictionis, ita intelligitur tex. in d.l.imperium. Denique eſt talis iuriſdictionis, quæ ſpecialiter, & nominatim datur a lege d.l.cū prætor.§.i.ff.de iud. Ideo reſultat, ꝙ tranſferri non poteſt, per regulam de qua in l.i.in eo. quicquid dicant alii.

8 Concludo ex his ꝙ nec delegatus Principis, nec ordinarius poteſt iudicis dandi poteſtatem in alium transferre, etiam ſi nominatim, & in ſpecie delegauerit.

Obſtat etiam tex.in l.i. C.qui pro ſua iuriſ. Iud ibi nullo habito cauſarum tractatu.

9 Reſpon. ꝙ intelligitur in caſu habili, dummodo cauſæ ſint delegabiles, ſane ſpecialiter tributa non trāſeunt, d.l. i. infra eo. nec ad pedaneos iudices transferuntur ea, quę pendent ab auctoritate præſidum, l.ii. uerſi. quod non ita C.de pe da.iud.auꝺten.ut defun.ſune.§.ultim.

10 Quod dictum eſt de delegato proconſulis, ut illi competat ius dandi iudicem, utpote a lege datū, puto traduci poſſe etiā ad alium, cui forte a prætore, uel a præſide uniuerſa iuriſdictio fuerit mā

data, & hoc mihi probat tex. in d. l. cum prætor. §. i. ff. de iudic. qui generaliter dicit eum, cui man data fuerit iuriſdictio, habere ius dādi iudicem ex lege. Deinde exemplificat in legato proconſu lis, quod exemplum non reſtringit l. i. §. quod vulgo ff. de ui & ui arma. Ideo eadem poteſtas competere dicetur ei, cui prætor uel præſes uni uerſam iuriſdictionem mandauerit, facit tex. in d. l. i. §. damus ff. de ſuſpec. tu.

11 Caue autem ne credas ius dandi iudicem ad eū tranſire, quaſi aliquid contentum in mandato, nec quaſi aliquid proprium proconſulis ſed qua ſi aliquid ſibi a lege datum ſpecialiter, d. l. cum prætor. §. i. ff. de iudic.

12 Aduerte præterea, quia licet legatus proconſu lis mandata iuriſdictione habeat poteſtatem dā di iudicis ut dixi, tamen non habet poteſtatem mandandi iuriſdictionem etiam in ſpecie una: quia nemo poteſt mandare iuriſdictionem nec in genere, nec in ſpecie, niſi eam habeat iure pro prio, non autem alieno beneficio l. more ff. de iu riſ. omn. iud. quod nota, idem dico de Principis delegato quanquam enim iudicem dare poteſt. l. a iudice C. de iud. tamen iuriſdictionem mandare non poteſt, quia nemo eam mandat niſi qui habet iure magiſtratus l. i. in prin. infra eo. ergo delegatus qui non habet magiſtratum, etiā non mandabit, licet alii aliter ſentiant.

Plures aliæ differentiæ inter iudicem delegatum & ordinarium referuntur ab Alexandro quas omitto quia leuis ſunt momenti. & hæc ſuffi-

ciant

ciant quo ad hanc Rub. cætera, quæ in hac materia deſiderabuntur, in commentariis ad l. i. eo. tit. reperientur.

F I N I S.

*Imprimatur ſi Videtur etiam R. P. Magiſtro Sacri Palatij.*

*A. Viceſg.*

Ex commisſione admodum R. Patris Fratris Gabrielis Martinet Sanctisſimi Domini noſtri Papæ Pœnitentiarii, magiſtrique Sacripalatii vicesgerentis vidi & accurate perlegi hos duos commentariorum libros ad Rub. ff. de officio eius, cui mãdata eſt iuriſdictio, Camilli Plautii I. C. profiteorque illos eſſe Catholicos, dignosque qui typis mandentur in publicam iuriſconſultorum utilitatem: cum nihil in illis deprehenderim, quod religioni noſtræ, bonis moribus, dignitati & auctoritati principum, præſertim pontificiæ aduerſetur.

Im. Fr. Alſonſus Ciacon.

*Quoniam hoc opus nihil de fide, aut catholica religione pertractat Concedimus licentiam ut Florentiæ imprimi poſſ. Nos Guido Seruid. Præp. ac Vic. Generalis Floren. Dec. Kal. Octob. M D L X XI.*

# REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K

Omnes ſunt quaterniones, prẹter *
& K duerniones.

FLORENTIAE.
Apud Iuntas. 1571.